



1. Melchioris Schmidij Diss. de Linguis sacris. 1685.
2. Joh. Bernh. Hahn Diss. de appellatione Linguae
Hebraeae, quae dicitur Sancta. 1712.
3. Joh. Henri. Honel Diss. de vocis quam Hebraei vocant
Jehia. 1673.
4. Valent. friderici Diss. de filia vocis. 1670.
5. Henri. Liedert Diss. de mandato scribendi novum testamentum. 1719.
6. Joh. Henri. Lypij Diss. de usu Linguae Syriacae. 1726.
7. ejusdem de historia Linguae Sanctae. 1726.
8. Mich. Ghercke Diss. de fama Graecae Linguae. 1716.
9. Joh. Bernh. Hahn Diss. exhibens decadem observan-
tionum philologicarum, e Literatura Graeca, Chr.
10. ejusdem, de appellatione Linguae Chrae. quae dicitur Sancta
1715.
11. ejusdem, Diss. exhibens decadem observantiarum
philologicarum e Literatura Orientali. 1715.
12. Bernh. von Salden Diss. de Aora, 1709.

16
DISSERTATIO INAUGURALIS THEOLOGICA,
JESUM CHRISTUM
TOTIUS THEOLOGICÆ
FUNDAMENTUM,

EXHIBENS

CUJUS PART. I.

EX DECRETO VENERANDÆ FACULTATIS
THEOLOGICÆ,

SUB PRÆSIDIO

VIRI SUMME REVERENDI, EXCELLENTISSIMI
ATQUE AMPLISSIMI,

DN. HENRICI LYSII,

SS. THEOL. DOCT. ET PROF. PRIMAR., FACULTATIS
SUÆ SEN., ET p. t. DECANI, SAMB. CONSIST. CONSILIARIU,
ECCLES. LOEBN. PASTORIS, ET COLLEG. FRIDER.
DIRECTORIS,

PRO RITE IMPETRANDIS

SUMMIS IN THEOLOGIA LABORIBUS,

ANNO 1725. DIE XX. JULII HORIS ANTE ET POMERID.
DEFENDET

M. GEORG. FRIDR. ROGALL,

SS. THEOL. PROF. EXTRAORD. ET PHILOS. ORD. DESIGN.

REGIOMONTI, LITTERIS REUSNERIANIS.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS IN BORUSSIA,
A CONSILIIIS STATUS INTIMIS,
ILLUSTRISSIMIS, GENEROSISSIMIS atque EXCELLENTISSIMIS,
DOMINO ALEXANDRO
S. R. I. BURGGRAVIO ET COMITI
de DOHNA,

Libero Baroni a Wartenberg, Bralin & Goschirz, Regiorum
Exercituum Generali Campi Mareschallo, Magni Ordinis Aquilæ
Borussicæ Nigræ Equiti, Gubernatori Fortalitii Pillaviensis, Capitanco
Districtus Morungensis & Liebstdiensis, &c. &c.
Hæreditario Domino Terrarum *Schlobitten / Herrendorff / Stodien /
Karwinden / Kleinheyde / &c. &c.*

DN. DIETERICO a Zettaw

Supremo Regni Burggravio,
Hæreditario Domino Terrarum *Wicken / Schönbruch / Ramsen / &c. &c.*

DN. LUDOVICO ab Ostau

Supremo Regni Cancellario, Summi Tribunalis & Commerciorum
Collegii Præsidi, Regii Telonii, Rerumque Feudalium Directori,
Hæreditario Domino Terrarum *Labsack / Kriesitten / &c. &c.*

DN. JOHANNI CHRISTOPHORO
a Wallenrodt/

Supremo Regni Mareschallo,
Augusti Regis ad Britannia Regem Legato-Extraordinario,
Hæreditario Domino Terrarum *Carmitten / Klosschenen / &c. &c.*

DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS,
MÆGENATIBUS MUSARUM GRATIOSISSIMIS,

Inauguralem hanc Dissertationem ut mentis humillimæ
signum cum voto omnigenæ prosperitatis consecrat

AUTOR.

JESUS CHRISTUS THEOL. FUNDAMENTUM. 3

§. I.



JESUM CHRISTUM solum discere, solum scire, solum docere velle, studium Theologo convenientissimum, dulce, beatum, & Divina virtute plenum est. Nihil sciebant Apostoli, nisi solum Jesum Christum crucifixum 1. Cor. II. 2. Nihil quærebant, nisi Jesum Christum, Phil. III. 12. Nihil docebant, nisi Jesum Christum 1. Cor. I. 22. ff. 2. Cor. II. 1. 2. Ex hoc igitur Jesu Christo tanta Apostolorum *δύναμις & σοφία*; Ex illo, Heroica eorum Virtus, Divinus animus, semper hilaris, securus, constans, patiens, proficiscebatur. Omnia poterant, quia JESUM CHRISTUM, eumque solum sciebant. *πάντα ἔχθω ἐν τῷ ἐνδυναμέντῳ με Χριστῷ* inquit Paulus Phil. IV. 11-13. conf. Gal. II. 19. 20 Rom. VIII. 31. ff. Multis Apostolorum successoribus Apostolica hæc deficit virtus, quia deficit Apostolica simplicitas: *Nihil scilicet scire velle, præter Jesum Christum, eundemque crucifixum.* Multi varia docent, alii innumera discunt, quia simplicem CHRISTUM discere, nimis simplex illis videtur Theologia *Quænam vita illa æterna sit, quæ in cognitione Jesu Christi sit,* Joh. XVII. 3. quædam OMNES illi *in solo Christo repositi sint Sapientiæ & Cognitionis thesauri,* Col. II. 3. non intelligunt. Ad alia igitur, ut vocant, altiora tendunt, omni vero virtute ac dulcedine Jesu Christi destituti, *perniciosis Dubitationibus misere Ecclesiam turbant, conscientias intrincant, & in Academicam aut potius Epicuream profanitatem tandem deducunt,* Verba sunt Pii ac Eruditi Theologi *Dav. Chytræi.* in Oratione, *de Studio Theologiæ, exercitiis veræ pietatis & virtutis potius, quam contentionibus ac rixis disputationum colendo.* Witteb. 1581. habita p. m. 7. conf. D. Joach. Langii Theologi Halkensis Celebrissimi, Dissert. *De genuina Studii Theologici indole ac methodo.* Halkæ 1712. Ne igitur idem, & mihi sit metuendum periculum; Apostolica simplicitatis vestigiis insistens, illud unice laborabo, ut solum JESUM CHRISTUM & præter illum nihil sciam. In mea Theologia Eundem ubivis pia mente quæram, quæstum propria fide adprehendam, adprehensum & aliis, non *ἐν σοφίᾳ λόγῳ sed ἐν ἀποδείξει* πνευ.

πνεύματι & δυνάμει proponam. JESUS CHRISTUS enim solus jam est sufficiens, ex quo omnia, quæ ad Veræ ac Christianæ Theologiæ finem faciunt, derivari possunt, & ex hoc si omnia fundamento extruantur, tum demum, Hominem lumine Spirituali, omnibusque viribus orbatum, Theologica, id est salutari ac practica scientia, Divina etiam virtute instruent & ad Theologiæ finem ultimum, vitam æternam, deducunt. Hoc igitur ut uberiori industria expendere, VENERANDÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ indultu, mihi materia, de JESU CHRISTO TOTIUS THEOLOGICÆ FUNDAMENTO, nunc elaboranda erit. Res ipsa tantæ est Majestatis, tantæ sublimitatis, tantæque gravitatis, ut longam Pauli Experienciam & profundam Johannis Sapientiam postulet, a qua, cum quam longissime me abesse sentiam, pro ea, qua JESUS CHRISTUS me instruet gratia, primas tantum in hac materia lines ducere conabor.

§. II.

Jesum Christum igitur, *fundamentum* totius Theologiæ esse ut evincamus, genuinus de THEOLOGIA & FUNDAMENTO Theologiæ conceptus, antea nobis evolendus erit. Innumeras illas, & ex parte otiosas, hic repetere lites, de definitione, genere, objecto, sine Theologiæ, nihil ad rem faceret. Mihi perinde erit quo vocabulo Theologiam definias, sive illam *Scientiam* sive *Sapientiam*, sive *Prudentiam*, *disciplinam*, aut *habitu intellectualem* dixeris. Modo eadem tibi mens fuerit quæ Apostolo Paulo, qui eandem definit: per Επίγνωσιν ἀληθείας τῆς κατ' εὐσεβείαν, ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίας Tit. I. 1. 2. Mihi enim in hac Dissertatione, Theologia non adeo *Objective* ut testimonium externum de veritatibus Theologicis, quam *Subjective*, i. e. ut cognitio, intra hominem spectata, considerata venit. Επίγνωσις ἀληθείας igitur, mihi est Theologia. Non mortua scientia sed viva, vera, certa, experimentalis, efficax agnitio, quod Pauli vocabulum ἐπίγνωσις exprimit, conf. Phil. 1. 9. 2. Tim. II. 25. Ebr. X. 26. Vere enim dictum est: *Theologiam magis consistere in affectu, quam in cognitione.* Unde DEUS in sua lingua sub uno vocabulo (ἐπίγνωσις) comprehendit & notitiam, & affectus, qui notitiam sequuntur, observat. B. Mart. Chemnitius Loc. Th. p. 17. præfat.

Αλή-

Ἀληθείαν Veritatem, pro objecto habet Theologia, solam vero illam veritatem, ἢ κατ' ἐπιστάσειαν *quæ circa Verum Dei cultum versatur.* Omnes igitur univērsæ Ecclesiæ scire lites, Theologiæ accidens esse poterit, solas vero discere lites, vel scientiam, de veritatibus sacris, omni adfectu vacuam, omni experientia destitutam, ad vanitatem multum, ad Pietatem nihil compositam, jactare, nec Apostolo, nec mihi, Theologiæ nomine dignum esse videtur, quippe quæ, non *vana & a pietate vacua veritatis scientia*, sed *cum sanctissimo adfectu conjuncta ἐπίγνωσις* est. Recte in hanc rem B. Chemnitzius: Theologus de Ecclesia J. Christi meritissimus: *Semper cogitandum est: Filium Dei non eam ob causam prodidisse ex arcana sede æterni Patris & revelasse doctrinam cælestem ut seminaria spargeret dissertationum, quibus ostentandi ingenii causa luderetur, sed potius, ut homines de Vera Dei Cognitione - erudirentur &c. l. c.* Tendit illa Cognitio ad Theologiæ finem, *Unionem cum Deo, & imaginis Divinae restauracionem*, ultimumque, *ζωὴν αἰώνιον. Vitam æternam.* 2. Pet. I. 4. Col. III. 10. Eph. IV. 22-24. Joh. XX. 31. Ità, ut quæ ad hunc finem non tendunt Veritates, nec ad Theologiam pertineant, sed suo loco sint relinquendæ, conf. 1. Tim. I. 4. seq. Quoad rem ipsam igitur eadem est Theologia cum Religione Christiana, *quæ scilicet omnia illa complectitur quæ in Theologia traduntur.* Kenigii Theol. Pos. p. 8. Quæ omnia si colligo, is Apostolicus, & omnibus Orthodoxis Ecclesiæ Doctōribus probatus, de Theologia erit conceptus. Quod sit *Viva Cognitio, seu habitus intellectus practicus, e verbo Dei scripto, de Veritate quæ ad Verum Dei cultum ducit, hæstus, ut ejus opera homo peccator, per fidem ad vitam perducatur.* Conf. quæ pie de definitione Veræ Theologiæ monita sunt à Dav. Chytrao Orat. supra cit. p. 4. 5. seq. Conf. & Job. Gerhardus LL. CC. p. 3. a.

§. III.

Hujus Theologiæ, JESUM Christum, constituo FUNDAMENTUM. Fundamentum, principium illud dico, quo tota Vera innitur Theologia, ex quo omnis cognitio vere Theologica i. e. ad salutem sufficiens, pendet, & quo iterum omnis Veritas reducenda est. Ex quo cognoscere licet, quanam illæ sint veritates, quæ miserum hominem,

minem, ad pristinam reducant felicitatem, quis veritatum harum genuinus sensus, quis earum nexus, quanta efficacia, quomodo illæ in praxi rite distribuendæ 2. Tim. II. 15. & quæ sunt reliqua. Hoc inquam sensu, JESUM CHRISTUM totius nostræ Theologiæ fundamentum esse dico. Nequaquam vero iis litem moveo, qui JESUM CHRISTUM vel *Objectum* vel *Finem* Theologiæ esse docent, v. *Job. Gerhardi* LL CC. p. 7. a & *A. H. Frankii*, Patris in Christo Honoratissimi Tra&. *de Methodo Studii Theologici* c. 2. §. 1-7. Unum enim alterum non tollit, sed potius confirmat, uti enim Scripturæ Sacræ, ita & Theologiæ fundamentum, Objectum, finis ac scopus, idem est, JESUS CHRISTUS crucifixus, qui in negotio nostræ salutis, initium & finis, A & Ω, omnia in omnibus esse voluit. Apoc. I. 8. II. XXI. 6. XXII. 13. Eph. I. 10. Col. III. 11. *Fundamentum* igitur Theologiæ dum CHRISTUM appello, eundem Theologiæ *Objectum* ac *Finem* esse non nego, sed una suppono atque uno Nomine omnia comprehendendo. Id itaque mihi adhuc incumbit, ut evincam, JESUM CHRISTUM, vere, tale Theologiæ esse fundamentum, ex quo omnes ad finem Theologiæ spectantes Articuli, pendeant, suamque Divinam ac salutarem virtutem accipiant, quo vero neglecto fundamento, illæ nec rite intelligi, nec juste dispensari, nec ad consequendum verum Theologiæ finem, possint adplicari.

§. IV.

Ut JESUM CHRISTUM Theologiæ posuerim *Fundamentum*, me adduxit effatum Apostoli JESU CHRISTI, qui Θεμέλιον ἔκκλον inquit: ἑδεις δὲναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον ὅς ἐστι Ἰησοῦς ὁ Χριστός. *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter illud quod positum est, quod est JESUS CHRISTUS.* 1. Cor. III. 11. Paulum in hoc loco de Religione Christiana, & præcipue de Veritatibus huc spectantibus agere, non est, quod dubitemus, cum & antecedentia & consequentia Textus, & universalis Interpretum consensus illud confirmet. Sitsit se Apostolus versu 10. ut σοφὸν ἀρχιτέκτονα, qui ratione specialis sui Ministerii, & ipse JESUM prædicavit, & prima rudimenta Doctrinæ Christianæ Corinthiis fideliter proposuit, & sic primus ad agnitionem J. Christi eos deduxit. Verba sunt *Frider. Balduini*, in h. l. p. m. 315.

CONF.

conf. quæ pius Theologus *Agid. Hunnius* in h. l. monet, Opp. Tom. IV. p. m. 173. b. Non invidet Doctoribus aliis, si plura de Veritate quæ in *Jesu Christo* est, his suis rudimentis superædificaverint, modo monet *ἐκαστος* & *βλεπέτω πῶς ἐποικοδομῆι* ut quisque diligenter attendat, ne latum unguem à fundamento discederet sed *superædificet*, & *Ecclesiæ incrementum* adjuvet. Cui rationem addit *Apostolus* v. 11. *Nemo enim aliud potest ponere fundamentum, præter illud quod positum est, quod est Iesus Christus.* Hic enim solus omnis veræ Doctrinæ fundamentum: *Huic Doctrina de Christo, doctrina de aliis fidei articulis, cognitione Dei & rerum Divinarum, omniaque exercitia pietatis superædificanda sunt.* Ut hunc locum explicat *Magnus Seb. Schmidius* in *Paraphrasi Homiletica* in h. l. p. m. 299. seq. Pergit *Apostolus* in sequentibus versiculis, ad ea, quæ à Doctoribus Ecclesiæ huic superstruenda sint fundamento, rejicit ligna, scænum & stipulam, jubet vero ædificari aurum, argentum, lapides pretiosos. v. 12. f. Jure hic Theologi nostri, per aurum, argentum, lapidesque pretiosos *Doctrinam utilem & necessariam, cum Persona, officisque Jesu Christi non pugnantem, sed optime coherentem & mysterium de Christo melius explicantem*, per scænum vero & stipulas; *Dogmata vana curiosa & inutilia intelligunt, quæ fundamentum ipsum, licet non evertunt, ab eodem tamen prorsus aliena sunt, & in scriptura nullum habent fundamentum.* Cum *Frider. Balduino.* Comm. in h l p. m. 314. b. Ad hanc igitur, de *Jesu Christo*, Doctrinam, omnia in Religione Christiana referri, huic omnia superædificari, cum hoc unico, totius Christianæ Theologiæ Fundamento, connecti, & ex hoc omnes articulos nostræ Theologiæ diducari, id est, *JESUM CHRISTUM* totius Theologiæ fundamentum esse, voluit *Apostolus*. Jam id observatum esse video à *Nicol. Hunnio. Seb. S. hmidio* aliisque, qui ultimus, ex hoc *Apostoli* loco, *JESUM CHRISTUM* fundamentum Fidei esse, colligit, & *Doctrinam de Jesu Christo, primam illam celestis doctrine partem, esse judicat, quæ ad nullum aliud dogma refertur, ut ejus gratia revelata, sed ad quam cætera omnia dogmata, tanquam propter ipsam revelata, referenda sint, & ex qua ut sufficiente & immediata causa, fides (quæ creditur) resultat.* v. *Ejusd. Dissert. de Articulis fidei fundamentali-*
bus

bus §. 22. Conf. & M. Chr Ludovici. Dissert. *Doftrine Tradita probatio per ignem Ecclesie Dofloribus expectanda.* Lips. 1701.

§. V.

Docebat Apostolus JESum Christum, eumque solum, & præter illum nihil se scire, judicabat. Corinthios, in Theologia Christiana informaturus, non accessit, καθ' ὑπεροχὴν λόγῳ nec ἐν παιδείῃ ἀνθραπίνῃ σοφίας λόγοις, sed nihil scire, nihil prædicare atque docere volēbat εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ τῆτον ἐσαυρωμένον. 1. Cor. II. 2. Multa habebat Apostolus, quibus Corinthii, de Veritatibus Religionis Christianæ parum vel nihil informati, adhuc instituendū erant. Apostolica vero illa erat perfectio, Sapientissimaque simplicitas, omnia quæ Corinthiis dicenda, ab illis, discenda, facienda erant, ad simplicem illam Veritatem de JESu Christo reducere. Paulus, Vir, varia Eruditione innutritus, rerum Theologicarum experientissimus, ad Populum omni cognitione Theologica destitutum, Sapientiæ vero avidissimum 1. Cor. I. 22. accedens, οὐκ ἔμελλε ex instituto sibi proponit, *decernit, & necessarium ducit* (v. Theod. Bæze adnot. ad N. T. P. II. p. m. 91. *Nosl. Knatchbul Animadv. p. m. 74. Jo. Fridr. Hombérgek Parerga: Sacr. p. 244.*) Nihil scire, nihil igitur etiam Docere εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ τῆτον ἐσαυρωμένον. Quia solus ille Salvator ipsi jam erat sufficiens, ex quo omnem Corinthiis suis produceret *Veritatem*, in quo veram ad salutem ipsis ostenderet *Viam*, & ex quo omnem in illos derivaret *Vitam*, dummodo JESum Christum illis ut *illam unicam Viam, illam veritatem & Vitam.* Joh. XIV. 6. *Unum illud necessarium* Luc. X. 42. proponeret. Quod ut faceret Apostolus, nihil scire voluit, præter JESum Christum crucifixum. Hunc, fundamenti loco Toti suæ Theologiæ supponebat, ἐν πρώτοις curabat, ut tantum JESus Christus, suis auditoribus innotesceret. 1. Cor. XV. 3. seq. Tum in JESu Christo, ipsis πᾶν πλήρωμα τῆς θεότητος, καὶ πάντες θεσαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ostendebat Col. II. 3. 9. Tum ipsis monstrabat, quomodo ille, ipsis factus sit ἀπο θεῶ σοφία, δυναμοσύνη, ἀγαπασμός καὶ ἀπολύτρωσις. 1. Cor. I. 30. Ex JESu Christo, ipsos de gravitate peccati informabat. Ebr. VI. 6. X. 29. In facie Christi gloriam Dei ostendebat.

bat. 2. Cor. IV. 6. In JESU Christo omnem benedictionem illis promittebat. Eph. I. Per JESUM Christum illos ad communionem omnis plenitudinis gratiæ ducebat. Rom. III. 24. V. 1. seq. VIII ff. Fidem & charitatem ex JESU Christo repetendam esse eos docebat. 1. Cor. I. 24. Col. II. 12 f. Joh. VI. 29. Uno verbo, omnia quæ bona, justa, honesta, quæ credenda, quæ facienda erant, illis in JESU CHRISTO exhibebat, cum in finem, ut JESUS Christus, totius Religionis Christianæ esset Fundamentum, vel ut Apostolus rem exprimit: *Uti fieret quod scriptum est ὁ κενυόμενος ἐν Κυρίῳ (Ἰησοῦ Χριστῷ) κενυόμενος.* Ut, omnia bona, de quibus sibi quis gratulari posset, ex JESU Christo suam originem duxisse, appareat. 1. Cor. I. 31. Plura quæ ad rem faciunt, huc ex Celeberrimo Theologo *Aegid Hunnio* nobis repetere liceat. qui ex hoc Apostoli dicto, hunc format Locum Communem: *Vera Scientia ac Sapientia Christianorum, tota vertitur & absolvitur in Christi Salvatoris ac Redemptoris notitia. Qui CHRISTUM novit, OMNIA novit, quæ ad salutem ejus pertinent, in Christo enim omnes Thesauri sapientiæ & scientiæ sunt reconditi, & sumus in illo completi.* Col II. 3. - - - *In Christi cognitione nostra justitia sita est.* Ef. LIII. 11. *Imo, hæc est ipsa Vita eterna, ut DEUM, & quem misit JESUM Christum cognoscamus.* Joh. XVII. 3. *Est itaque summa Sapientia fidelium, & supremus in Theologia articulus, qui cognitionem Christi complectitur, adeo ut qui Christum ignorat, ignoretur vicissim &c.* Opp. Tom. IV. pag 165. a. b.

§. VI

Sola Codicis Sacri inspectio, si pia meditatione & serio cordis adfectu fiat, JESUM Christum Theologiæ esse fundamentum docebit. Totam Prophetarum, Evangelistarum, Apostolorum Theologiam, ex hoc Fundamento esse constructam, alii prolixè monstrarunt, & ad unum omnes Theologi JESUM Christum Scripturæ σκοπον σκοπημάτων Nucleum, Centrum ac fundamentum esse consentiunt. v. Vener. *A. H. Franckii* Tract. Spiritu & gratia plenus Christus der Kern der Heiligen Schrift. Ej. Prælect. Hermenevt. Posit. IV. p. 123. ff. *Camp. Veringæ* typus Doctrinæ Prophetiæ C V. & VI. Vener. *D. Pauli Antonii* Præceptoris mei ad Cineres usque colendi, Spicilegium

Historico-Eccl. ex Præfatione Mart. Lutheri in Libros V. T. Halæ 1709. Prophetæ omnia sua Vaticinia Gratiæ JESU CHRISTI imponunt. Evangelistæ ad unum omnes in describendo hoc fundamento sunt occupati. Apostoli huic fundamento sua dogmata imponunt, *Articulus enim de Christo*, Verbis Magni Gerhardi quam propriis loqui malo, *est totius Scripture Prophetice & Apostolice centrum, Ecclesie fundamentum, thesaurus spei nostre, fons salutis ac gratiæ, à quo denominamur Christiani, à quo descendunt omnia ad salutem æternam nobis necessaria. Johannes initium scriptionis suæ facit à Christo: Job. I. 1. In principio erat Verbum. Et cum eodem finit. Apoc. XXII. v. ult. Gratiæ Domini nostri JESU CHRISTI sit vobiscum, Universa Scriptura nihil aliud est, quam perpetuum de Christo testimonium. Pf. XL. 10. In Volumine Libri scriptum est de me. Joh. V. 39. Scrutamini scripturas, illæ enim sunt quæ testificantur de me. Apoc. XIX. 10. Testimonium JESU est Spiritus (anima) Prophetiæ, id est: ad JESUM tanquam τελος σκοπιμώτατον omnes Prophetiæ feruntur, inde Hieronymus Christum vocat: Omnium Scripturarum CAPUT &c. T. I. L. IV. Proœm. § I. pag. 397. f. it. C. III. §. 23. p. 406. Quæ Prophetæ & Apostoli literis consignarunt, vel de Christo vel propter Christum consignata sunt, ut ex B. Sal. Glasfio Philol. S. Lib. II. Part. II. Sect. II. p. 501. recte monet Amicus Plurimum Reverendus, Jo. Jac. Rambachius, in Instit. Herm. Lib. II. Cap. IV. §. 4. p. m. 153. Moses cum Christo suos incipit Libros Gen. I. 3. coll. Joh. I. 1. seq. Reliqua propter Christum adjicit, (conf. §. XI. hujus Diss.) atque cum Christo claudit. Deut. XXXIII. 29. Quæ à reliquis Historicis Scriptoris adduntur, complementa Benedictionis, Abrahamo propter Christum & de Christo factæ, exhibent, Genealogiam J. Christi conservant, juxta ac œconomiam JESU CHRISTI & rationem administratæ Ecclesiæ V. Testamenti describunt. Prophetæ reliqui omnes Legem à Mose latam explicant, & id fere unice agunt, ut verum legis usum, contra Pseudo-Prophetarum aberrationes, confirment, & Homines per Legem ad propriæ miseræ agnitionem, & per hanc παιδαγωγίαν ad τέλος τῆ νόμου JESUM CHRISTUM deducant, observante id jam D. Mart. Luthero Præfat. in Libros V. T. conf. *Apol. August. Conf.* pag. 170. in fin. Propter*

Propter Christum scripta sunt *Salomonis Proverbia*, ut avidi sapientia mundana homines ad veram Dei Sapientiam in Christo absconditam hisce parabolis adducerentur. conf. Ven. *A. Herm. Franckii*. Programma, de *Explicatione Priorum Capitulorum Proverb. & Job.* *Henr. Michaelis* Erudita Dissert. de *Proverbiis Salom.* Halæ 1712. Propter Christum *Salomonis Ecclesiastes* Ecclesie relictus est, ut mundus de Vanitate omnium rerum convictus, vitam sine Vanitate in Christo desideret. v. *Seb. Schmidii* Comm. in Prov. l. 2. De Christo canit idem Rex in *Cantico suo*, & Regnum & Conjugium Messie adumbrat. Lege Ven. *Jo. Henr. Michaelis*. Præfat. in Cant. Cant. Uber. Annot. in *Hagiogr.* Vol. II. p. 569. ff. & Ven. *A. Herm. Franckii* Tract. de *Scopo Libr. V. T.* §. XXIII. p. 68.

§. VII.

Jobum JESU Christi fuisse typum, jam *Hieronymus* in *Proem.* in *Job.* agnovit, propterea quoad patientiam & lætam catastrophem cum Christo conjungitur *Jac. V. 11.* conf. *Libellum Licht und Recht* andere Entdeckung p. 16. von dem Buch Hiob &c. De Christo & propter Christum omnes *Davidis Psalmi* conscripti sunt, JESUM Christum merito *Davidis Cor* & gaudium dixeris, omnia enim ejusdem Scripta, mentem dulcedine JESU Christi perfusam, præ se ferunt. Magna *Psalmorum* pars Christi *Nativitatem*, *Passiones*, *Mortem*, *Resurrectionem*, *Regnum* describit; reliqui depingunt Ecclesiam tum militantem tum triumphantem, ubi sæpe quasi aliud quid agendo, prospicit ad JESUM Christum, illo delectatur, in illo gloriatur, ad eundem totum *Hominum cœtum* convocat, contumaciam & cœcitatem impiorum miratur, judicem ac vindicem JESUM illis minatur, felicem piorum, propriamque suam in JESU Christo conditionem lætatur, bonis JESU Christi fruitur, sibi gratulatur, verbis, vultu, adfectu, deliciis JESU Christi describit. Conf. incomparabilis *D. Lutheri* in *Psalmos* Præfatio, & quæ ex *Brentii Bugenbaggio*, Plurimum *Rev. Domino Freilinghausen* aliisque collegit *Venerandus A. H. Francke* Tract. de *Scopo L. V. T.* §. XX. p. m. 42-46. Nec vero id Nobis demum innotuit, Theologiam *V. Testamenti* omniumque *Sacrorum Scriptorum*, fundamento JESU Christi

sti esse superstructam; sed jam ab Antiquis Judæorum Doctoribus semper creditum fuit Apostolus Petrus nos hac de re certiores reddidit Actorum Cap. III. 24, ubi Prophetarum præcipuum studium in inquirendis Diebus Messæ ponit. conf. 1. Pet. I 11. & Act. X 43. Joh I 46. V. 39 f. Mirifice id ipsum confirmant Paraphrases Judæorum Chaldaicæ, in quibus tot pulchra Theologiæ vere Christianæ vestigia deprehendere licet, plurimæque loca, quæ recentiores Judæi aliorum detorquent, Christo vindicantur. Ex professo rem hanc expositam vide in Ven. D. Joh. Henr. Michaelis Dissert. de Targumim usu insigni Anti-Judaico in doctrina de Persona Christi. Notus & sæpissime repetitus est ille Judæorum aphorismus:

כל הנביאים כלם לנה נתנבאו אלה לימורת המשיח
Omnes Prophete non vaticinati sunt, nisi de Diebus Messæ, ex Masch: Sanhedrin fol. 99. a. Si Joh. Lightfoot credimus, singulis Sabbathi diebus, ex Mose & Commentariis Prophetis in Mosen, doctrina de Messæ in Messiam exposita fuit, ita ut Schole Judæorum eo peritia devenerint, ut Discipuli illorum mentionem fecerint Nominis JESU, memorarint tempus Nativitatis ejus, mense Tisri, desinierint spatium ministerii ejus, tres annos cum dimidio, designarint annum mortis ejus, annum Jubileum, similiaque alia, quæ in eorum Scripturis reperiuntur, quamquam ipsi non agnoverunt eum, in medio ipsorum comparentem. Spicil. in Exod. Sect. XXVIII. fin. T. I. p. 176. f. Vide plura in Jo. Just. Losii. Dissert. de Veterum Ebræorum studio Christum Scriptura Scopum querendi. Halæ 1709.

§. VIII.

Quid multa? res ipsa postulat, JESUM Christum fundamentum esse totius Theologiæ. Miserrima hominis per Lapsum facta erat conditio; à DEO semel per peccatum avulsus homo, ad DEUM ipse redire nec volebat, nec poterat. Nolebat, quia Vindicem, summeque justum suum esse Creatorem experiebatur. DEUM infinite justum, peccatis suis infinite offensum, infinita satisfactione placandam esse videbat. Cum vero se huic satisfactioni non esse sufficientem deprehenderet, misere sibi pereundum, à facie Dei abjectum acerbissimos cruciatus, gravissimosque conscientia terrores, sine

sine fine sibi ferendos esse sentiebat. Omnis spes, ad felicem illum, nunc vero tantopere violatum DEum redeundi, deficiebat, nec ille viam ad pristinam felicitatem revertendi quærebat, quia viam ad interitum ipsi paratam sibi ingrediendam esse credebat. Omnis igitur hic cessabat Theologia. Intellectum Lumine ante Divino illustrem, tenebræ atque innumeri errores occupabant. Viva, dulcissimaque Dei cognitio, in infensissimum Dei odium convertebatur; loco suavissimi antea cum DEo commercii, nunc nefanda à DEo aversio, ad Creaturas vero inordinata conversio Hominem occupabat, DEum amplius scire nolebat, quia iram ejusdem tolerare non poterat. *Habitus igitur pessimus & intellectus & Voluntas* Hominem invadebat, *ex aversione à DEo, & Mendaciis haustus, cujus opera homo peccator per desperationem ad interitum æternum deducebatur.* Hæc erat loco pristina Theologia, *Hominis Matheologia.* Sed en! Gratia Divina, de Homine, non damnando sed ad priorem felicitatem reducendo, consilia capiebat. Justitiæ Divinæ erat satisfaciendum, Homo tamen salvandus, Filius Dei JESUS CHRISTUS pro Homine solvere ejusque peccata sua facere voluit. Homini igitur illud annunciandum erat. En itaque Prima Theologiæ Hominis post lapsum Veritas, en! fundamentum ex quo omnes reliqui pendent Articuli. Primum quod homini restituendo denunciandum erat, idque solum, illud fuit: *JESUS CHRISTUS semen mulieris, conteret Caput Serpentis.* Gen. III. 15. Hocce promissum totam constituere Theologiam instaurandi Adami, hoc ipsi solum meditandum proponebatur, ex hoc reliqua omnia, omnis salutis suæ spēs, fides, dilectio Dei, exstruenda erant. Ex hoc principio viam ad DEum redeundi; modum DEum vere colendi, cognoscendi, amandi disceret, & quia etiam hoc Evangelium *δύναμις θεῶν* erat Rom I. 16. ex hoc fundamento omnes ad DEum redeundi Vires peteret, JESUM CHRISTUM igitur solum meditari, discere aliosque docere inciperet, ut per hanc *ἐπιγνωσὴν Ἰησοῦ* *Cognitionem JESU CHRISTI, omni plenitudine Gratia, Pacis, atque Virtutis, impleri posset.* Eph. III. 19. 2. Pet. I. 2. 3. Adeoque hac ratione, iterum Vera, Adami prior Theologia, rediret, & *Habitus* iterum *Præcticus* fieret, *ex Cognitione JESU CHRISTI, & Veri Dei, in Christo, haustus, cujus opera,*

opera, homo peccator, per fidem in JESUM CHRISTUM, ad vitam aeternam reduceretur.

§. IX.

JESUM Christum igitur totius Theologiæ esse fundamentum, jam pios Patres atque Theologos agnovisse video. Quod D. Augustinus de S. Scriptura dixit, idem de Theologia, cujus Scriptura principium est, eundem sensisse nullum est dubium: *Omnes scilicet Scripturæ (Theologiæ) intentionem non nisi ad intelligendam Christi Gratiam respicere*, Lib. XVI, contra Faustum Cap. XXII. Idem Tract. IX. in Joh. inquit: *Non sapit Vetus Scriptura nisi Christus in ea intelligatur*, quibus *Job. Gerhardus* elegantem addit aphorismum: *Biblia ita legenda (adeoque & Theologiam ita tractandam) esse, ac si sanguine Christi per totum essent Scripta*. T. I. Loc. IV. Proem. §. I. p. 298. Idem ex *Ambrosio* in Col. II. 3. vere Christianam adducit observationem: *Omnis scientia inquit Ambros. totius Creature, in eo ut sit, oportet, qui omnium eorum Caput est, scil. Jesu Christo - - ut qui hunc cognoscit, nihil ultra requirat, neque Sapientiam neque virtutem, quia agnovit eum, in quo perfecta virtus, ac perfecta Sapientia est*. ibid. §. 2. p. 398. *S. Bernhardus*, Vir, amore Jesu Christi plenus, divino adfectu nostram exprimit sententiam, in insigni suo opere in tria prima Cantici Cant. capita. Sic enim ille: *Aridus est omnis anima cibus (Theologia) si non oleo isto (dulcedine Jesu Christi) infunditur. Inspidus est, si non hoc sale conditur. Si scribas non sapit mihi, nisi legero ibi Jesum, si disputes aut conferas, (aut Theologiam tractes) non sapit mihi, nisi sonuerit ibi Jesus*. Serm. XV. col. 532. & Serm. XLIII. *Si sapis, inquit, imitaberis Sponse prudentiam, atque hunc myrrhæ tam carum fasciculum à pectore tuo nec ad horam patieris avelli, amara illa omnia que pro Te pertulit, semper in memoria retinens, & assidua meditatione revolvens. - - Hac meditari, dixi Sapientiam, in his justitia mihi perfectionem constituit, in his PLENITUDINEM SCIENTIÆ, in his divitiis salutis in his copias meritorum &c.* Magnus noster *Mart. Lutherus* insigni ὑπεροχῇ τῆς γνώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ instructus, in hoc capite insignis artifex est. JESUM ille ubivis quærit, omnia ex illo

lo deducit, omnia ad illum reducit, suæque Theologiæ & princi-
 pium & finem, totiusque Christianismi Nucleum, Summam ac
 fundamentum, JESUM Christum constituit, tantaque dexteritate ac Sa-
 pientia prorsus Divina profunda mysterii JESU Christi penetrabilia intro-
 spicit, producit, exponit, interpretatur, illustrat, inculcat, ut merito,
 cum Peritis Theologis, dixerim, post *Paulum*, neminem inter omnes
 Patres atque Theologos, adeo eminenti JESU Christi cognitione at-
 que adeo profunda experientia fuisse dotatum, quam Nostrum Mart.
 Lutherum. Pauca ex illius Scriptis hic adjicere liceat. Sic autem ille:
 Das Haupt-Stück und Summa der Christlichen Lehre ist das / daß GOTT
 seinen Sohn Christum gesandt hat / und gegeben / und uns allein durch
 ihn alle Sünde vergiebet - - Derwegen / so wir Christum recht kennen/
 so können wir von allem äußerlichen Wesen recht urtheilen / und wird uns der
 Geist (Christi) sein lehren und sähren &c. Tom. V. Jen. pag. 446. a.
 Es lieget gar an diesem Artikel von Christo / und hängt Alles darin / wer
 diesen hat / der hat es alles - - Man siehet in allen Historien / daß alle
 Kezerey und Irthum entstanden sind / wo dieser Artikel gefallen ist / da die
 Leute sicher worden (und gemeinet) als Händten sie ihn sehr woll -- und
 angefangen zu disputiren von der Person Christi / ob er wahrhaftiger GOTT
 oder lauter Mensch wäre / und mit solchem speculiren und fragen / alles
 Unglück eingeführet - - aber allzumahl geirret / denn in diesem / (JESU
 Christo) hängt und stehet es alles / und zeucht die anderen (Artikel) Alle mit
 sich / und ist alles umb diesen zu thun / daß wer in den anderen (Artickeln) ir-
 ret / hat gewislich auch diesen nicht recht / und ob er gleich die anderen hält/
 und diesen nicht hat / ist es doch alles vergeblich. Wiederumb / hat auch dieser
 Artikel die Gnade / daß er / wo man mit Fleiß und Ernst dabey bleibet / nicht
 läßt in Kezerey fallen / denn er bringet gewislich den H. Geist mit sich / wel-
 cher dadurch das Herz erleuchtet / und hält im rechten Verstande / daß es kan
 reinen und durren Unterscheid geben / und richten von allen andern Artickeln
 des Glaubens / und dieselben gewaltiglich erhalten und vertheidigen - - Wo
 man davon gehet / und ausser diesem / disputiret / gehet man irre -- Denn
 wo diß Erkändtniß Christi hinweg ist / da hat die Sonne (die Theologie)
 ihren Schein verlohren / und ist eitel Finsterniß / daß man nichts mehr recht
 versteht / und kan sich keines Irthums noch falscher Lehre des Teuffels erweh-
 ren / und ob man woll die Worte vom Glauben und Christo behält/
 so ist doch kein GRUND einiges Artickels im Herzen / und was mehr
 da bleibet / das ist eitel Schaum / und ungewisse *Persuasiones* oder
 Dünckel / oder ein gemahlter gefärbter Glaube - - - der nichts
 thut

thut noch taugt / weder hält noch kämpffte wenn es zum treffen ge-
 het / daß er halten und sich beweißen soll. - - - Wiederumb / wo
 diese Sonne scheineth / und leuchtet im Herzen / da ist recht gewisser Verstand von
 allen Sachen / daß man kan feste stehen und halten ob allen Artickeln - - und
 sich der Feinde erwehren / denn ein solcher hat den rechten Meister den H. Geist /
 der allein diejen Artickel vom Himmel offenbahret / und allen denen gegeben
 wird / so diß Wort oder Predigt von Christo hören und annehmen. Tom. VII.
 Jen. p. 175. b. & post pauca: Siehe / da ist die Ursach warumb Christus
 diß Stück (von Christo) so hart und stetig treibet und zu treiben befiehet / - -
 denn er weiß / wo sie hieher bleiben als auf dem GALGÄN / und Haupt-
 Stück / so sind sie dem H. Geiste im Schooß - - denn dieses Erkändniß
 (Jesu Christi) thut es alles / bringet uns alle Weißheit / GOTT mit allen
 seinen Güttern / thut den Himmel auf / zerbricht die Hölle / Teuffel und Welt
 mit alle ihrer Weißheit und Macht. ib. p. 176. b. En Theologiam Luth-
 theri, in JESUM Christum fundatam! En animum vere Paulinum,
 cui Christus omnia in omnibus erat! conf. lectu dignissima Tom.
 VII. Jen. Germ. p. 175 a. §. ult. Tom. VI. p. 340. a. Tom. V. p.
 67. a. p. 137. 138 ff. Tom. VII. p. 141. b. §. ult. p. 100 b. 101. a. b.
 Potill. Ecclesiast. Dom. Trin. p. m. 138. a. Dom. II. post Paschatos
 Festum. p. m. 61. a. it. p. 40. a. conf. Ejusd. Homilia in Joh. XIV.
 5-9. ex Tom VII. Jen. edita à Vener. Jo. Jac. Rambach, sub titulo:
Lutheri Zeugniß von Christo dem einigen Wege der Seligkeit. Jen. 1721.
 it. *Lutheri* Predigt von Christo dem ewigen Leben in Joh. V. 39. ff. ex
 Tom. VIII. Jen. edita Halæ 1723. it. Das Gebeth Christi Joh XVII.
 ex Tom VI. Altenb. edit. à Jo. Phil. Seseman, Lips. 1723. conf. &
 Præfatio M. Lutheri in V. T. Notis illustrata à Vener. D. Paul, An-
 tonio Halæ 1712. it. Ejusd. D. Antonii Hauff Gespräch von der Erlös-
 sung. p. m. 181-183. 185. ff.

§. X.

Lutheri exemplum secuti sunt Omnes, JESUM Christum aman-
 tes Theologi, vestigiis Ejusdem insistant, *Autores Formule Concord.*
 & Verba Lutheri, ex Præfat. in Ep. ad Romanos, quæ JESUM Chri-
 stum Theologiæ fundamentum constituunt, sua faciunt. *Divus*
Lutherus inquit, Illi scribunt: *Eodem ordine, quem Paulus in Epi-*
stola ad Romanos observavit, procede 3 *PRIMA Tua cura sit, DE CHRIS-*
 STO

sto, Ejusque Evangelio, ut & tua peccata, & ipsius gratiam atque clementiam agnoscas. Deinde luctare cum peccato, sicut docet Paulus à primo capite usque ad octavum. Postea, ubi in octavo capite, sub cruce, tentationibus & afflictionibus exercitatus fueris, nonum, decimum & undecimum Caput recte te docebunt, quanta in prædicatione Divina (per & propter Christum) consolatio reposita sit. Libb. Symb. pag. 806. in fin. conf. p. 16. 17. ubi doctrinam de Christo, præcipuum in Ecclesia articulum nominant, it. pag. 60. 70. 84. 85. 304. 315. 485. 683. seqq. Quam sollicitè illud Theologiæ fundamentum ubivis observaverit *Pbil. Melancthon, & Mart. Chemnitzius*, Locorum eorundem Theologicorum inspectio docet, & ex dicendis clarius adhuc patebit. Singulares in hac parte artifices, Theologos, felici Reformationis tempore clariores, fuisse, Jo. Bugenhagii, Urbani Rhegii, Joh. Brentii, Jo. Draconitis, Val. Herbergeri, aliorumque scripta nos docent. Post eorum vero tempora Plurimos illis valde dissimiles, jam suo tempore deprehendit, Pius Theologus & Lutheri *γυνώσκω* Discipulus *Dav. Chytraeus* in Orat. sæpe jam citata p. m. 9. 10. 11. ff. Quod Lutherum fere jam prævidisse conjicerem, ubi de interitu Magni Theologi Urbani Rhegii eundem ita conquestura video: *Cogitanti mihi, de interitu talium Virorum, qui Evangelium Jesu Christi in demonstratione Spiritus & potentia prædicarunt, accedit alius longe major & acrior dolor. Cum enim animo circumspicio omnium Regionum Ecclesias, quas & in precibus meis complector, non sine magno mærore cogito, quam pauci nunc sint idonei Ministri, & in illis ipsis, NB. qui existimantur antecellere, quanta sit infirmitas, in nonnullis etiam perversitas & reliqua. In Præfat. ad Colloquium Gratia Jesu Christi plenum Urb. Rhegii: Prophetia V. Testamenti de Christo. 1542. Eximius Ecclesiæ Nostræ Theologus Job Gerbardus, locum ex Prudentio, adducit, qui de Primis, Christianis canit: Omnia de Christo per Christum cuncta loquuntur, & de suo addit: Hic lapis anguli præciositatis Jes. XXVIII. 16. Quo nihil præciosus in corde Patriæ cælesti nihil præciosus in Ecclesia, nihil præciosus esse debet in corde nostro. (Ergo & in Theologia nostra.) & post reliqua: Doctrina enim de Christo est Unicum Ecclesiæ*

Et salutis fundamentum. Ex quo deinde concludit: Ergo Doctrinam de Christo singulari studio ac diligentia discamus --- Ut Christus est A & Ω ita quoque in meditationibus ac studiis nostris, Theologicis, sit Principium & finis, quicquid cogitaveris quicquid dixeris, quicquid scripseris, nisi Jesus sit in eo, non sapit. Loc. Theol. Tom I. Loc. IV. Procem. §. 3. 4. 5. pag. 398. a. b. & alibi: A Christo omnia in scripturis incipiunt, & omnia in illo desinunt. ib. Loc. I. C. IV. p. 30. b. Quæ Egidii Hunni, Seb. Schmidii, A. H. Franckii, aliorumque Ecclesiæ nostræ Theologorum, de Fundamento Theologiæ Jesu Christo mens fuerit, §. IV. V. VI. & VII. indicat. Quibus adhuc addendas esse duco: Reverendissimi in Christo Patris ac Præceptoris in æternum colendi: Abbatis, *Breithauptii* Institut. Theol. Dogmaticæ. IVto. Halæ 1716. Qui omnibus recentioribus Theologis in Demonstrando Jesu Christo per totam Theologiam palmam præripuisse mihi videtur. Sollicite Reverendissimus Abbas in suo systemate caver, ne mens studiosi, vana scientia inflata, leviter de Theologia sentire audeat, Veritates igitur Theologicas, cum Virtute Jesu Christi, semper conjunctas, justo suo ordine exhibet, & id ubique intendit, ut Homo agnitis suis defectibus, totus anhelet misericordiam ac gratiam in JESU CHRISTO. Conferantur præsertim, quæ Vir Reverendissimus de FUNDAMENTO *instaurande imaginis Divina*, erudite ac pie proponit. Tom II. Loc. IV. p. m. 247. ff. it. in Thesis Fundam. Lib. IV. Cap. I. pag. 196. ff.

§. XI.

Quo vero appareat, quantum intersit, 'Jesum' Christum totius Theologiæ fundamentum agnoscere; per Locos Theologiæ præcipuos, usus hujus Principii prorsus insignis, brevibus tamen tantum, demonstrandus erit. SACRAM SCRIPTURAM, unicum & solum, Veræ Theologiæ esse *Principium*, agnoscunt Theologi. Et ut constet, qualis sit Sacra Scriptura, in limine statim Theologiæ, de Sacra Scriptura ex professo agunt, ejusdem causam Efficientem, Materiam, Formam, Sensum, Finem atque affectiones, Autoritatem, Perspicuitatem, Perfectionem, Efficaciam & quæ sunt reliqua, exhibent. Hæc omnia

omnia vero ubi exacte didiceris, si Christum neglexeris, de his omnibus Theologicum nondum habebis conceptum, nec finem tibi in hoc Loco propositum adsequeris. Si enim ad ea respexeris quæ s. II. dicta & demonstrata sunt, tum demum de Sacra Scriptura te genuinum & Theologicum habere conceptum, videbis, ubi non ex testimonio saltem Humano probabiliter asserere didiceris, Dari Sacram Scripturam, eamque ab Ecclesia & ab ipsis scriptoribus sacris dici perfectam, veram, efficacem &c. Sed ubi ipse efficaciam Sacræ Scripturæ expertus, de Veritate, Divina Autoritate, atque Perfectione Sacræ Scripturæ, Divino testimonio, adeo fueris convictus, ut Vere DEum in Verbo illo, ad Te loqui sentias, Divinas illic delicias reperias, dulcissimas animi epulas deprehendas, nihil boni existimes, quod non in illa videas, uno verbo, inexplicabiles in illa thesauros experiaris. Tolle Christum, in æternum de hoc sacra scripturæ conceptu Theologico, frustra laborabis, fundamenti loco JESum adpone, quæ antea tibi arida fuere, dulcissima fieri incipient. conf. §. IX. Christum si negligis, nec pia mente quærere, aut invenire desideras, infinitis litibus in Scripturæ cortice hærebis, remque tuam probe te gessisse existimabis, ubi modo contra Socinianos JESum Christum & in V. Testamento exhibitum esse eviceris, Vaticinia de Christo, Judeorum manibus extorseris, contra Pontificios, Sacram Scripturam solum esse Principium, Principium illud esse sufficiens, esse perspicuum, esse integrum, esse antiquissimum, obtinueris. His (in suo ordine bonis ac necessariis) & similibus litibus, omnia quæ in hoc Loco de Sacra Scriptura tractanda erant, absolvi putabis, animus vero nihil habebit quo pasci poterit, nam quia Christum negligis, ad dulcissima Sp. Sancti mysteria *ἡ ὀφθαλμὸς ἐκ εἶδε, καὶ ἔς ἐν ἡμῶσιν καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπων ἐκ ἀνέβη ἢ ἠτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπήσων αὐτῶν* 1. Cor. II. 9. ff. penetrare non poteris, tota scriptura tibi non sapiet, ejusdem Dignitatem, Præstantiam, Divinitatem non senties, totusque tuus de Veritate, Autoritate, Præstantia sacra scripturæ Conceptus, ab illo, quem de habitu & gestibus Americæ incolarum habes, nihil diversus erit. Sic falsus hic tuus conceptus, ad falsæ tuæ Theo-

logiæ.

logiæ finem §. VIII, p. 13. descriptum, te, vana, scientia inflatum, deducet.

§. XII.

JESUM Christum vero, ubi Sacræ Scripturæ Fundamentum observaveris; & ipsa Sacra Scriptura tibi dulcissima, & omnia quæ in Theologia de Autoritate Perspicuitate & Efficacia Sacræ Scripturæ didiceris, valde perspicua tibi videbuntur. *Propter* JESUM Christum, & de JESU Christo, omnia nobis in sacris scriptis exposita prostant. (§. VI.) Ipse J. Christus λόγῳ ὑποστατικῶς *Verbum Substantiale* Patris sui *Voluntatem omnem, de Honore Divino, Filio exhibendo, & ex illo & per illum vitam æternam recipiendo*, Apostolis annunciavit. Joh. I. 18. V. 20. 23. 24. VI 39. 40. 45. XV. 15. XVII 6. 8. 22. ff. Ut igitur nobis de hac voluntate Patris constaret, Prophetæ omnes de Christo vaticinarunt. Joh V. 39. Luc. XXIV. 27. 44. Act. X. 43. Evangelistæ vaticiniorum complementa exhibuerunt, Matt. I. 1. ff. 23. 11. 6. 18. XVI. 21. XXVII. 9. Joh. XIX. 24 26. Apostoli ut Antesignani, nos manu quasi, in illam Patris Cælestis, de Filio honorando voluntatem, duxerunt. Rom. III. 23--25. VI. 34. ff. VIII. 1--39. I. Cor. I. 11. III. ff. Hoc igitur si observaveris, & per Sacram Scripturam ad hoc Fundamentum te reduci sines, Verum, Theologicæ & Theologiæ scopo convenientem de S. Scriptura habebis conceptum. Clarissime enim tibi apparebit: λόγον προφορικῶν *Verbum vocale, τῷ λόγῳ ὑποστατικῶν Verbo substantiali ita inniti, ut omnem suam præstantiam & efficaciam e CHRISTO trahat, ex ipsius merito, & influxu continuo existens δύναμις τῆς Θεῆς potentia DEI in salutem omni credenti Rom. I. 16. prout illud jam observavit Reverendiss. Joach. Just. Breithauptius Tom II. Loc. IV. C. II. §. 1. p. m. 309. Qui & in Adnotationibus ad hunc locum egregia hæc adjicit: Est Unio & Communio inter Substantiale Verbum, Christum, & Vocale, S Scripturam; non quidem personalis, attamen FUNDAMENTALIS, ad FUNDAMENTUM unum constituendum in Credentibus. Quapropter e sic consideratis dictis Apostolicis Eph. II. 20. 2. Cor. I. 19. 20. Locus ille Ebr. IV. 12. 13. tam de λόγῳ ὑποστατικῶν quam προφορικῶν intelligendus erit,*

erit, ita, ut v. 12. magis respiciatur Verbum *Vocale*, non excluso tamen *Substantiali*, ceu angulari lapide. Et v. 13. respiciatur magis *Substantiali*, nec *vocale* excludatur. l. c. pag. 310. Hoc Fundamento, Divinum nititur testimonium de *Causa efficiente* & hinc pendente *Autoritate S. Scripturæ*. Si Christum non noveris, *Sacram Scripturam Dei esse Verbum*, vel non credes, vel ex credulitatis vitio, hominum testimonio assensum præbens, te credere existimabis, nullam fidei Tuæ ὑπόστασιν habebis, quam tamen postulat Paulus Ebr. XI. 1. Credes, quia Præceptores tui tibi illud dixere, quia ea Ecclesia in qua natus es illud credit, si longius progredieris ex *probabilibus*, ut Theologi vocant, signis, quæ tamen non nisi humanam fidem gignunt, facram scripturam Divinæ autoritatis esse conjicies magis quam credes. Ast, ubi ad JESUM Christum in sacra scriptura attenderis, mente ad ὑπακοήν τῆς πίστεως composito, Divinitus convictus, Veritatem Divinam credere incipies. Videbis Priores V. Testamenti Libros Posteriorum temporum Vaticinia plane Divina, Posteriores Priorum Vaticiniorum complementa, junctis subinde Vaticinis novis æque Divinis de JESU Christo exhibere, Hunc, per tot annorum millia Prophetis semper in ore fuisse, totam illius Personam, officium, vivendi genus & quæ sunt reliqua, in Populo, peculiari modo ad id à DEO segregato, per tot schemata Personarum & Ceremoniarum representata, omnia demum, tempore, pariter jam à Daniele definito, impleta esse. Pio ubi ita mentis adfectu, JESUM tuum in Scriptura Depictum videris, Spiritus JESU Christi, Gratia sua, fidem Divinam de scripturæ Autoritate, Veritate, Divinitate, Majestate, & quæ ab his pendent, in corde tuo producet & Testimonium illud Scripturæ de Scriptura, suo testimonio in corde Tuo obsignabit: τὸ πνεῦμα γὰρ ἐστὶ τὸ μαρτυρῶν ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια I. Joh. V. 6. Id vero propter Christum tibi fiet, quem fide adprehendere cœperis. Ἀληθὴ γὰρ ἐστὶν ἡ μαρτυρία τῶ Θεῷ, ἣν μεμαρτύρηκε περὶ τῶ υἱῷ αὐτοῦ; καὶ οἱ πιστεύσαντες εἰς τὸν υἱὸν τῶ Θεῷ, ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν ἑαυτοῖς. Qui credit in filium DEI, ille demum hoc testimonium in seipso habere potest I. Joh. V. 9. 10, Ebr. IV. 12. 13. Jac. I. 21. Joh. VII. 17. I. Joh. IV. 13.

IV. 13. conf. *D. Mich. Farschii* Dissert. de Sp. S. Ductu filiorum Dei
Jenæ 1720. §. XV ll. fl. p. 25. fl. it. Præfidis Summe Reverendi Pro-
gramma Pentecostale ultimum de Testimonio Sp. S. interno,

§. XIII.

Tum demum PERSPICUAM esse Sacram Scripturam, sibi que
semper conformem, vere intelliges, si JESUM Christum totius Scri-
pturæ Fundamentum probe ubivis observaveris. Christum ubi omi-
feris, innumeri tibi suborientur scrupuli, de perspicuitate & Con-
formitate S. Scripturæ, in plurimis scripturæ, præsertim V. Testamen-
ti locis, cespitabis, Vaticinia Prophetarum tibi obscura erunt, misere
te in omnem partem vertes, nec tamen de vero eorundem sensu cer-
tior fieri poteris. Infinita *παροξήματα* in Oeconomia Divina occur-
rere, tibi videbitur, unde tot vicissitudines Regnorum, Populorum,
Cereemoniarum, adsequi non poteris, mirabiles illos, cum proprio
Populo, sui que Charissimis Fidelibus, DEi processus, non compren-
des, multa justitiæ, alia misericordiæ, nonnulla benignitati Divinæ
contradictoria esse judicabis, & vel fato Stoico omnia adnumerabis,
& in Providentiam Divinam injurius eris, vel cum aliis, de præscien-
tia Divina dubitabis, & contra Omniscientiam DEi impinges, & in
omnibus viis Domini absconditis hospes eris, quia Christum igno-
ras, vel non curas, propter quem tamen illa omnia facta sunt & adhuc
sunt. Christum JESUM vero, Regem Regum, Dominum Dominan-
tium, Ecclesiæ suæ ab initio mundi Sapientissimum Potentissimumque
Gubernatorem, Mundi Salvatorem ac Judicem, Piorum solamen, Pa-
trem, Fratrem dulcissimum, si ubivis in Scriptura quæseris, a
omni scrupulis vacuam, summe perspicuam, summeque sibi confor-
mem esse sacram scripturam intelliges, & JESUM Christum opti-
mam obsecratis clavem, atque interpretem esse deprehendes.
Non enim solum innumera Prophetarum loca tibi aperta erunt; sed &
mirandas illas rerum temporumque vicissitudines, atque arcana sum-
mi Numinis consilia, circa suos fideles, miraberis, scandali nihil,
mysterii vero sapientiæ ac opulentiæ multum in illis reperies. Si
ver-

versum 15. Cap. III. Geneleos, (ut decet,) totius Sacræ Scripturæ textum constituis, clavem habebis quæ totam sacram scripturam tibi aperiet, tibi que inductionis loco, in omnia etiam summe arcana consilia Dei esse poterit. Thesis ibi ponitur, per totam s. Scripturam explicanda: **איבמ אשה כין ובין האשה ובין זרעך** *Inimicitias PONAM inter Te (Satanam) & inter mulierem, & inter, semen tuum, & inter semen Mulieris, & ille ex semine Mulieris oriundus Tibi coneret Caput, tu autem lades illum tantum quoad calcaneum.* Omnia Veteris & Novi Testamenti scripta Commentarii instar in hunc locum esse, liquidum est, in eo enim scriptores sacri toti sunt, ut has inter Semen Mulieris atque semen serpentis inimicitias describant, calcanei JESU CHRISTI læsionem detegant, Capitique serpentis contritionem ostendant. Illud si ante oculos habueris, plurima cum justitia bonitate atque misericordia Divina facillime conciliare poteris, si pia meditatione rem perpendaris, intelliges quare tot bella, tot miracula, tanta judicia Divina, tanta quandoque gratiæ signa exhibita sint. Omnia scilicet propter Christum. *Initio cum Homines multiplicarentur, & traderent se voluptatibus, neglexerunt concionem de adventu Christi - - Quare uo DEUS hanc restitueret Concionem, perdidit totum orbem Diluvio, & conservavit paucos per quos propagavit vaticinia de adventu Christi. Abraham, Isaac, Jacob electi fuerunt ut ex posteritate ipsorum veniret Christus, quare DEUS non permisit eis hominem nocere, Gen. XVII--XXIX. Ps. CV. Corripuit pro eis etiam Reges. Deinde Pharao necesse habuit perire, quod cogitaverit delere Israelitas, e quibus venturus erat Christus. Similiter gentes Cananæ fidei in Christum non obediens, delere sunt, ut hoc genus hominum, e quo Christus erat venturus, haberet Regionem, in qua institueret Concionem & Sacra de adventu Christi. Deut. IX. Nationes delere sunt, ut compleret DEUS juramentum suum quod pollicitus erat Patribus - - Postea, cum Babylonii nolebunt remittere Captivitatem Judæorum, & periculum erat, ne genus, e quo Christus descensurus erat, periret, necesse habuit potentissima Monarchia interire ut hoc genus conservaretur.* **Jes.**
XLV.

XLV. - - Breviter, omnia Regna Terra, necesse habuerunt operam suam conferre, ut conservaretur genus, e quo Christus erat venturus, & quod Regnum moliebatur huic familie exitium, hoc internectione peribat. Ita succincte rem illam exponit B. Johannes Brentius, cujus Verbis potius propriis uti consultum duximus. Non minus digna sunt quæ alio loco habet: Ad Conservanda Vaticinia de Christi adventu, ad conservandum etiam genus e quo Christus Homo nasciturus erat, maxima & stupenda miracula edita sunt, Instituta præterea & iterum dejecta sunt potentissima in terra Monarchia. Quæ ex Eiusd. scriptis collecta reperias, inter Ven. A. H. Franckii Programmata Progr. VIII. pag. m. 185. 186. & ff. Conf. quæ his similia sunt apud Brentium in Jel. VII. 14. Tom. Opp. IV. pag. 203. f.

§. XIV.

Ne propositas Dissertationis limites excedat, hæc de Sacra Scriptura tractatio, aliqua tantum de Scripturæ efficacia, nobis adhuc addere liceat. Efficaciam S. Scripturæ à nonnullis Theologis vel plane prætermittam, vel obiter expositam esse, Systematum inspectio docet, materiam tamen eandem & gravissimam, & tractatu dignissimam, & hoc præsertim frigentis Christianismi tempore maxime esse necessariam, quilibet, ingenuus dummodo fuerit, mecum fatebitur. De efficacia scripturæ vero, ubi Christo seposito egeris, nil nisi vana verba proferes, & de scripturæ efficacia nullum conceptum suppeditabis. JESUS CHRISTUS fundamentum efficaciarum Sacræ Scripturæ est, ex hoc illa suam ducit *δυναμιν* Rom. I. 16. Sua Divina efficacia Pater cœlestis Homines trahit, sed non nisi ad Christum & propter Christum. Joh. VI. 44. 65. 73. Hoc igitur si neglexeris fundamentum, & veram hujus efficaciarum Originem nesciveris, ipse etiam spiritu JESU CHRISTI te duci non siveris; putabis cum Naturalistis, Socinianis & Pelagianis Scripturæ efficaciam non nisi *ἐν πειθοῖς λόγους* in persuasionibus consistere, & Efficacia Scripturæ Sacræ non major imo vel minor tibi esse videbitur, quam Orationum Ciceronis aut Elogiarum Ovidii. Disseres de efficacia scripturæ, quam
tamen

tamen nec senties nec experiri poteris, non ob defectum Virtutis Scripturæ, sed ob defectum tuæ obedientiæ, Christi virtutem recusantis, dices efficacem esse scripturam, non vero illud credes, nec Theologice, id est ita concipies, ut tuus ille omni adfectu vacuus conceptus ad Theologiæ finem te deducere possit. (conf. §. II) JESUM Christum vero ubi cognoveris, illius etiam Virtutem cum Verbo Divino conjunctam experieris. Cognosces Sancto adfectu, Sacram Scripturam, non esse LITTERAM MORTUAM, sed Vivum & efficax Verbum & penetrantius quovis gladio ancipiti. Ebr IV. 12. Nec tantum, QUOD scripturæ insit efficacia, sed & QUALIS illa sit, in tua regeneratione, illuminatione, Renovatione percipies. Legi necandi, Evangelio vivificandi virtutem, propterea inesse videbis, ut Lex Pædagogus ad Christum fiat, & Nos in solo Evangelio JESU Christi *ceu fetus in alvo materno nutrimentum attrahens umbilico & cotyledonibus, sedeamus inclusi, & attrahamus agnitionem Dei & Vitam ex verbo Dei, (προφορικῶς & per hoc ex ipso ὑποστατικῶς) ut DEUM invocemus sicut se patefecit.* Verba sunt Phil. Melancthonis in Loc. de Trib. Perf. Divinit. p. m. 28. fin. conf. Rev. *Breithauptii* Institut. Theol. Tom. II. Loc. IV. C. II. §. I. p. m. 309. *Senties eo modo, quam fateris & gustabis efficaciam Verbi Divini, amore JESU Christi & Virtute Evangelii exuberantia Prophetarum atque Apostolorum corda introspicies, omnem illam, quam illi præ se ferunt divinum Potentiam, hilaritatem Convictionem, Spiritus & Potentiæ Demonstrationem ex eminentissima Cognitione JESU Christi hausisse cernes Eph. III. & Evangelica hac dulcedine captus, Tu etiam, Tuam mentem supereminenti hac Gratia implendam Christo aperies, Evangelicis donis animum pasces, & novo quotidie Lumine, nova Divina Virtute instructus, expertus, de inexplicabili efficacia Evangelii JESU Christi, certissimus testis eris.* Claudio verbis *Mart. Chemnii: Est Vita aterna in Scripturis, non sicut Medicina in pixide est conclusa, - - reprehenduntur à Christo Judæi & alii omnes qui existimant Scripturam sibi Vitam æternam adferre,*

si eam tantum chartis repositam habeant, gestent, adspiciant, aut ex opere operato legant. Non enim quavis scrutatio sufficit, quasi idem sit, quicquid scrutando in Scriptura vel quaeramus vel inveniamus, - - Genuinus enim Scopus Scripturae est agnitio Christi, sine Christo vero Scriptura non est Spiritus vivificans, sed Littera mortua imo occidens. Nec vero Scripturae finis est, ut tantum historice de Christo aliquid sciamus, vel disputemus, sed ut ad eum veniamus quod sit penitentia, & quidem ut ideo ad Christum veniamus, ut & IN IPSO ET PER IPSUM VITAM habeamus. Qui enim VITAM IN CHRISTO non querit, - - quaecumque alia ratione ad Christum venerit, non est idoneus Scripturae lector. in Harm. Ev. ad Joh. V. 40. Cap. XLVI. p. m. 204. f. Quae omnia ita intelligenda, ut Verba Chemnitii, similia, exposuit Summe Rev. Dominus Praeses in Synopsi Controv. Art. III. Q. V. p. 157. ff.

§. XV.

DEUM illum Unum ac Verum, in Sacra Scriptura nobis, ut Spiritum Simplificissimum, Omnipotem, summe Justum summeque Misericordem revelatum, sistit Locus, qui de DEO in Theologia nostra nos informare solet, cum quidem in finem, (si modo omnibus aliquis finis hujus tractationis esset!) ut Objectum illud, Cui Peccator per Praxin Theologiae unien- dus sit, illi innotesceret, ut ex Ejusdem Cognitione tum de miseria sua in statu peccati, tum de via ad DEum redeundi, & illa, qua apud DEum frui possit, felicitate, informaretur. vide Reverendiss. Joach. Just. Breithauptii Instit. Theol. Tom. I. Cap. II. §. I. pag. m. 33. ff. Materia igitur hae gravissima, tantique ponderis est, ut Salvator *αὐτὴν ζωὴν αἰώνιον* nominet: *ἵνα γινώσκωσθε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλε Ἰησοῦν Χριστόν.* Joh. XVII. 3. ff. Miserrima vero hujus Loci facies erit, nisi Christum, & in Cognoscendo Patre, Fundamenti loco posueris, cum neque sine Christo DEum vere cognoscere, & neque illustrissimi hujus Loci finem adsequi poteris. Dat suum lumen,

men, Lumen quod dicitur Naturæ, de DEo ejusque attributis quibusdam, verum ad salutem nequaquam sufficiens. Quæ in Sacra Scriptura, de Dei Cognitione salutari, exhibita prostant, nisi modo ab Apostolis nobis exhibito tractentur, sed otiosis quæstionibus obvoluta, solius Scientiæ, praxi procul proscripta, objectum fiunt, non Dei cognitionem sed Tenebras menti suffundunt & à fine Theologiæ Unione cum DEo, Studio- sum procul abducunt. Solum illum, Dei cognitionem Vere Theologicam habere existimo, qui DEum PER CHRISTUM cognoscere, & intellectu Lumine Spiritus Sancti collustrato, PER CHRISTUM pia admiratione ad intima Divinæ misericordiæ viscera penetrare, atque suavissima Divini pectoris mysteria, PER CHRISTUM introspicere didicit. DEUM, Spiritus Sanctus hoc sensu ut ἀρετων & ἀρεσωντων Φῶς proponit. Joh. I. 18. Rom. I. 20. I. Tim. I. 17. VI. 16. *Quia Inscrutabilia sunt consilia ejus & impervestigabiles viæ ejus, quis enim Cognovit mentem Domini aut quis consiliarius ejus fuit?* inquit Paulus Rom. XI. 33. conf. Chemnitius Harm. in Joh. I. 18. C. XX. p. 62. Cœperunt Pii Patres atque Fideles sub V. Testamento, ad Divini pectoris mysteria penetrare. Verum quantum cognoscere incipiebant, vel ex Promissione illa de JESU Salvatore Mundi, vel ex conversatione cum filio Dei didicerunt. Gen. XVIII 23. 24. ff. Pf. XXXI. 20. LI 8. &c. &c. Extra hunc JESUM, manet DEUS incognitus, ἑδεις γὰρ ἐπιγνωσκει (sancto cum cordis affectu & admiratione pectus Divinum inspicit) τὸν πατέρα ἐι μὴ ὁ υἱός, ἢ ὃ ἐὰν βάλῃται ὁ υἱός ΑΠΟΚΑΛΥΨΙ Matt. XI 27. Quæ extra hunc JESUM Samaritani de DEo cognoscebant, quamvis Philosophice & Logice vera fuerint, Theologice tamen vera fuisse negat ipse Salvator in Colloquio cum Muliere Samaritana: *ἡμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἰδατε* Joh IV. 22. Deum esse Spiritum, illi sciebant, quod & ipse Christus adsumit Joh. IV. 24. Deum esse bonum, Unum, independentem, æternum & misericordem illi profitebantur & defendebant v. *Christi*. Cellarii Dissert. de Gentis Samaritanæ historia ac Ceremoniis. S.

XXI. f. Quia vero optima pars cognitionis Divinæ, illa scilicet quæ per Christum tantum datur, aberat, nec DEus adorabatur ut adorari & cognosci volebat, scilicet per Christum; omnem mulieri negat Cultum Divinum, JESUS Christus.

§. XVI.

JESUS Christus igitur, ubi cognoscitur, demum, Veram Patris notitiam revelare potest. Θεὸν γὰρ ἰδείς ἑώρακε πώποτε ὁ μονογενὴς υἱός, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τῆ Πατρὸς, ἐκεῖν ἐξηγήσατο Joh. I. 18. Ipse ὢν εἰς τὸν κόλπον τῆ Πατρὸς *Ejusdem cum Patre essentia & natura existens, omnia arcana Divinitatis confilia, de vocatione redemptione conversione reconciliatione sanctificatione gubernatione, credentium ad vitam æternam novit, uti illud explicat Mart. Chemnitius. ad h. l. Harm. C. XX. p. 62. 63. Idem igitur optime de cognitione Dei nos informare poterat & vere informat, inæquali vero & minus felici quandoque effectu, dum hos ad illam mysteriorum Dei interiorem cognitionem accedere, alios externo eorum sono contentos, illuminanti suæ gratiæ resistere videt. Revelat Filius Dei Matth. XI. 27. intima Patris optimi viscera, explicat quæ ipse intimus à Patre audiverat, viderat. Joh. I. 18. Externe per Ministerium Verbi & interne per illuminationem Spiritus Sancti, (cum hoc Verbo conjunctam,) uti monet, Pius Polyc. Lyserus Harm Ev. ad h. l. C. LVI. p. 116. Hi, ad recipiendam Gratiam proni, Verbum audiunt & illuminationem Sp. Sancti admittunt, illi vero, externas voces, memoriæ imprimunt, internæ Spiritus Sancti operationi vero resistunt, illuminantem gratiam reprimunt, & externis vocibus, vanaque scientia inflati, se DEum cognoscere mentiuntur 1. Joh. II. 3. 4. III. 6. Jactantur & disputant ex proprii ingenii perspicacia, de DEO, ejusdem essentia & attributis, quæ tamen, cum demum recte intelliguntur ubi illa non in otiosis disputationibus, sed in praxi justificationis didicerit, ut recte judicat. Pol Lyserus l. c. conf. 1. Cor. II. 14 2. Cor. IV. 4. Aliam igitur de DEO notitiam non habent, quam quidem
Dia-*

Diabolus, qui plura quandoque exhibet, & Contremiscit. Jac. II. 19. & quod se Credere externa voce fatentur, opere & praxi negant, DEum esse *optimum* dicunt, non credunt, quia innumeræ mundi deliciæ illis DEo *meliores* videntur. DEum omnium bonorum fontem atque complexum dicunt, non credunt, quia extra DEum omnia illa quærunt, quæ in DEo sunt bona negligunt, contemnant. DEum Justissimum, sanctissimum dicunt, non credunt, cum nec ejusdem justitiam timeant nec Sanctitatem vereantur, & sic revera præter unum DEum plures multo majores admittunt. Lib. Symb. pag. 409. Solo igitur ex Evangelio JESU Christi vera & Theologiæ fini conformis de DEo speranda est idea, ab illis, qui per ὑπακοήν τῆς πίστεως Gratiæ illuminantis capaces facti sunt. Hos, ad JESUM Christum remittit Apostolus & in illius facie, ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν δόξαν τῆς Θεότητος promittit 2. Cor. IV. 6. JESUM Christum εἰκόνα τῆς Θεότητος vocaverat Apostolus v. 4. Ex hoc collegerat, magnum inesse lumen, ingentemque gloriam (δόξαν) Evangelio JESU Christi, v. eod. quia non Humana quædam, sed Divina prorsus persona in illo nobis describatur, quæ imago est, Patris cælestis, quibus v. 6. subjungit: ὁ Θεὸς ὁ ἐπιπῶν ἐκ σκότους Φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, πρὸς Φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τῆς Θεότητος ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ. DEus inquit, est, qui ex tenebris lumen prodire jussit, qui lucem dedit in cordibus nostris, ad illuminationem cognitionis gloriæ Dei in facie JESU Christi. Nullum est dubium, quin Apostolus per δόξαν illam, Dei Majestatem, Sanctitatem, Bonitatem, Sapientiam omniaque reliqua attributa intelligat, quæ in primum Adamum, dum illum ad suum conderet imaginem, posuerat, eandem enim in hoc sensu occurrunt voces Rom. III. 27. Homo miser ab hac Θεότητος δόξῃ lapsus, ad imaginem τῆς Θεότητος τῶν αἰῶνων τῶν πρώτων conformari cœpit, cum per Christum verò, ex consilio Dei ad hanc pristinam suam gloriam, imaginem scilicet Dei, reducendus esset, Gloria omnis illa Dei invisibilis, in Christo visibilis fieri cœpit, ut hujus adspiciens Personam

nam, statum, officia cognoscens, Dei Gloriam iterum cognosceret, atque per lumen illud, ex cognitione JESU Christi haustum, ad deperditam illam gloriam iterum reduceretur. Christus igitur homini ut ἀπαύγασμα τῆς δόξης ἕ καὶ χαρακτῆρ τῆς ὑποστάσεως Ebr. I. 3. ut εἰκὼν τῆ θεῶ τῆ ἀοράτου Col. I. 15. proponendus erat, ut in illo & pristinae suae felicitatis, & Paterni animi Divini erga eundem speculum haberet, verbis loquor Lutheri ex Lib. Symb. p. 503.

§. XVII.

In hoc igitur Filio suo, conspicuus fieri voluit DEUS, hunc omnes intueri, & in illo Patrem videre voluit Joh. VI. 44. ff. 65. XIV. 7-10. Nec fallitur qui ex solo JESU Christo, & essentiam & Voluntatem Patris intelligere discit; videbit in JESU Christo πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς inhabitans, Col. II. 9. Cognoscet, Summam Dei Sapientiam, in JESU Christo conspicuam factam, qua, tantum invenire potuit medium, ut & Divinae suae justitiae infinitaeque laesioni, & quibus alias misere percundum fuisset hominibus, satisfieri, illa placari, hi vero salvari potuerint. Sapientissima Dei consilia & imperferutabiles Domini vias expertus, miraberis, ubi in JESU Christo te Divinis ductibus reliqueris. Videbis, omnem naturalis Homini penetrationem ad DEUM in sua Sapientia cognoscendum non sufficere I. Cor. I. 21. & sic cum Paulo omnem Sapientiae gloriam per Christum illi tribues. Rom. XVI. 27. Priorum tuam stultitiam detestaberis, & JESUM Christum unicam tuam Sapientiam agnosces. I. Cor. I. 30. II. 13. 14. 15. III. 18. Quanta sit infinita Dei bonitas, ex favore illo optime intelliges, qui apparuit in Christo omnibus Hominibus. Tit. III. 4. 5. 6. Eheu! *Quid diceremus ad haec? Si DEUS proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum ipso OMNIA nobis gratis concedet?* Rom. VIII. 34. ff. Dei Sanctitatem atque Justitiam, ingens in proprium Filium iraculentissimam reddit. En! quantopere Sanctus ac Justus ille DEUS

DEus, qui proprio filio propter aliena peccata non parceret, quantopere ille peccatis irasci debet, qui vel in Proprio Filio aliena peccata damnat, gravissime punit, eundem deserit. Ps. XXII. 1. Matth. XXVII. 46. Savissime anget Matth. XXVI. & morti ipsi succumbere sinit. v. *Lutheri* Post. Eccl. Dom. VI. p. Tr. p. 208 a. *Majestatem* atque *Potentiam* ex Divinis Jesu Christi miraculis collige, *Divinam* erga Te *Voluntatem*, tenerimum Amoris adfectum & erga Te Paternum animum omnia ex Christo discere. Quantus in hac re Megalander Lutherus fuerit artifex scripta illius singulis paginis docent. *Job. Gerhardus* ex Tom. VII. fol. 73. Jen. Germ. illius sua facit verba: *DEus nulli bi inveniri potest, nisi in Christo.* Loc. Com. Procœm. §. 28. p. 7. a. qui & in Harm, Evang. ad Joh. XIV. 9. *DEus* inquit: *non alio modo salutariter agnoscitur, invocari & coli vult, quam sicut se in Filio suo revelavit, Eo respicit Christus quando Philippe respondet: Philippe qui vidit me, Patrem vidit, & quomodo dicis: Ostende nobis Patrem. h. e. Nolo ut Oculos tuos à me avertas & alibi quam in me DEum queras.* Tantum in me DEus Ef. XLV. v. 14. *quod ipsum etiam nobis dictum statuamus, ne cogitationibus nostris extra Christum vagemur, quando de Salutis nostræ negotio agitur.* Cap. CLXXVI. p. 423. *Lutherus* Tom. III. Jen. Lat. p. m. 15. b. *DEus* inquit, *Nomen suum posuit in Christum, Nomen igitur ejus, nusquam clarius videbis, quam in Christo, ibi videbis, quam bonus, suavis, fidelis, justus verus, sit DEus &c.* Ex innumeris locis unicum tantum ex *Lutheri* *Jesi* *W.* stille Sermon von der Tauffe. adducam, ubi ad Matth. III. 17. ita Commentatur: Mit diesen Worten zeucht Gott Christum in sich / und sich in Christum - - Nun wie könnte sich Gott mehr ausschütten und lieblicher oder süßer dargeben / denn daß er spricht: Es gefalle ihm von Herzen woll / daß sein Sohn Christus so freundlich mit mir redet / so herzlich mich meinet / und so mit großer Liebe für mich leydet / stirbt und alles thut? Meinetu nicht / wo ein Menschlich Herz sollte recht fühlen solchen Wohlgefallen Gottes an Christo / wenn er Uns so dienet / es müste für Freuden in hundert tausend Stück unpringen / denn da würde es sehen in den Abgrund des Väterlichen Herzens / ja in die grundlose und ewige Güte und Liebe Gottes

32 JESUS CHRISTUS THEOL. FUNDAMENT.

Gottes -- aber wir sind zu alt und zu hart/ das Fleisch ist uns zu schwer
 auf dem Halse/ daß wir nicht woll fassen/ wie unaussprechliche Liebe und
 Lust drinnen (in Christi Evangelio) sey / sonst würden wir ohne Zweifel
 drinnen sehen/ daß Himmel und Erden voll Feuers Göttlicher Liebe / voll
 Lebens und Gerechtigkeit / voll Ehre und Lob wäre &c. conf. Tom. VI.
 Altenb. p. 775. b. Tom. I. Witteb. fol. 252. b. fol. 632. b. Tom.
 VIII. Witteb. fol. 357. b. 348. b. Tom. V. Jen. fol. 359. a. &c.
 Libros Ecclesie nostrae Symbolicos, illud admodum contra Pon-
 tificos urgere video, DEum per JESum Christum demum vere
 cognosci. Prorsus ex mente nostra inquirunt in Augustina
 Confessione: *Qui scit, se PER CHRISTUM habere propitium Pa-
 trem, is VERE novit DEum, scit, se ei curae esse, invocat eum, de-
 nique non est sine DEo sicut gentes.* p. 18. *Ita vult innotescere
 DEus* (scil. per Christum). *Apolog.* p. 70. conf. p. 83. 84.
 134. &c. Didicit à Luthero DEum per Christum cognoscere
Phil. Melanchton qui in suis Locis Theologicis, Loco de DEo,
 expresse illud urget per J. Christum ad DEum esse ascenden-
 dum. Non inquit, *vult DEus vagabundis speculationibus
 quari DEum, sed vult oculos nostros defixos esse in Hunc exhibi-
 tum Filium* &c. pag. m. 19. & paulo post: *Quare in omni co-
 gitatione de DEo & omni invocatione, mentes intueantur Chri-
 stum missum in carne, crucifixum & resuscitatum & stantant
 hunc esse Vere DEum conditorem, qui hunc Filium misit, & dedit
 Ecclesie Evangelium.* ib. pag. m. 24. Conf. *Mart. Chemnitzius.*
 Loc. de Deo. p. m. 19. ff. Quibus addo Rev. Abbatis Breit-
 hauptii Notam; *Propterea Theologia Christiana incipit à Christo
 Homine, qui quod per invisibilitatem deest Hominibus, compen-
 sat. Joh. I. 18. XIV. 8. Col. I. 15. Ego sum inquit, Via Veritas
 & Vita; nemo venit ad Patrem nisi per me. Quo confugien-
 dum praesertim in causa conscientiae & justitiae, contra Legem,
 Peccatum, Mortem & Diabolum, in loco de satisfactione, de re-
 conciliatione, remissione peccatorum, de salute aeterna. Institt.*
Theol. Dogm. Tom. I. pag. 38. ff.

§. XVIII.

Magnum Religionis Christianæ mysterium de s. s. TRINITATE, in *Oeconomia salutis* demum, ex JESU CHRISTO recte addiscitur, & in assiduo fidei in Christum usu atque exercitio, vere cognoscitur. Duplex hic præcipue a simplici veritate datur aberrandi via: Illi, qui JESUM Christum vel plane nesciunt, vel minus recte de eo sentiunt, cum *Paulo Samosateno*, *Photino*, *Serveto*, *Socino*, aliisque, Mysterium sanctissimum prorsus non credunt, quia eorum de Persona Christi errores, simul Trinitatis mysterium evertunt. Alii, illa, quæ de hoc mysterio Theologia docet, non recte intelligunt, sed de mysterio hoc extra *Oeconomiam salutis* judicantes, vel cum vulgo, cogitando, Trinitatis imaginem pingunt, & puerilem quandoque, ac impium sibi formant conceptum; vel Charybdim hanc devitantes, in Scyllam incidunt, & cum *Job. Tolando*, *Barthol. Keckermanno*, *Philippo Mornæo*, *Pet. Poiret*, aliisque, mysterium hoc, rationis judicio exponunt, ejusque indolem ac naturam, ratione sua metiri atque explicare conantur, & plerumque errorem, quem in *Sabellio* vetus jam Ecclesia damnavit, repetunt. v. *D. Job. Wolffg. Jaegeri* Exam. Theol. Nov. Controv. VII. *Petr. van Mastricht*, *Gangrana* Novit. Cartes. Sect. post. Cap. XVII. n. 2 p. m. 310 seqq & *B. Mich. Fart. schii* Diss. contra *Tolandi* Tract. *Christianity not mysterious*. Jen. 1713. adde *Zach. Grapii* Theol. Rec. Controv. P. I. C. II. Qv. I. p. m. 101. Omnes hos, & plures alios, facillime evitabis scopulos, si Sanctum illud mysterium ex *Oeconomia salutis* explicaveris, & tantum de hoc mysterio credideris, quantum in hac *Oeconomia* ex ratione illa, qua DEUS se in Christo manifestavit, didiceris. Ipse Salvator, hanc, ex seipso, ad mysterii hujus cognitionem perveniendi viam, suis Discipulis commendat. *Joh. XIV. 16.* coll. v. 6 7. 9. fqq 20. 199 *Matth. XI. 27. 25* XXVIII 18. 19. & *Johannes*, ad *Oeconomiam salutis* nos remittit, ac ex trino de JESU Nazareno testimonio, in eadem patefacto, nos de Trinitate informat, 1. *Joh. V. 7* *Patrem sinit, qui voce caelitus delata, testimonium ferit de Filio, hunc solum sibi placere, Matth. III. 13 16. 17.* *Logos* autem de seipso testatur, proferendo *Evangeli- um ex sinu aterni Patris, & testimonio aque & sanguinis id confirmando. Sp. S. de Christo testificatur, in mysterio Verbi & oblatione creden-*

credentium. Verba sunt *Æg. Hunnii* in h. l. Opp. T. IV. p. 1034. a. In JESU Christo enim clarissime se S. S. Trinitas manifestavit. Ipse Salvator se *Filium DEI PATRIS* cœlestis, ab æterno genitum, esse profitebatur. Pf. II. 7. Joh. I. VIII. 58. *Se a Patre missum* esse in mundum aiebat, ut læsum Patrem humano generi reconciliaret, & hominum delicta, morte sua tolleret. Joh. VI. VIII. X. 14. 18. &c. Ut vero hæc *Patris & Filii* gratia Hominibus innotesceret, illique spiritualiter mortui, ejusdem participes fierent; Filius Dei, a Patre, *suum Spiritum* promittebat, qui illos illuminaret, in illis fidem accenderet, eosdemque in omnem veritatem duceret. Joh. XIV. 26, XV. 26, XVI. 7. sqq. Sic per JESUM Christum patefactum est Trinitatis mysterium. Ipse Salvator, verus DEUS, a DEO Patre ab æterno genitus. Ef. IX. 6. Mich. V. 1. Ebr. 1. 5. Spiritum Sanctum, pariter DEUM *verum*, ab æterno a Patre & Filio procedentem, in hominum corda mittit. Matth. XXVIII. 19. Ef. XLVIII. 16. Joh. XVI. 14, 13. 8. coll. Act. V. 4. Tres itaque in Deitate Personas, vere subsistentes, reapse tamen distinctas esse, hæc Oeconomia aperte docet. Unum tamen ac verum DEUM, has tres esse Personas, sæpissime Christus per suam cum Patre essentiali communionem, demonstrat. Joh. XIV. 6. 9. sqq. XVII. 21. 2. Cor. V. 19. *Filius cum Patre unum habet Spiritum*, (ut verbis loquar Ven. Breithauptii) *necessario ergo Filius una cum Patre ipsissimus est DEUS; Nec Spiritus S. potest non esse unus cum utroque DEUS, quandoquidem utriusque Spiritus existit.* Instit. Theol. Dogm. Tom. I. Loc. I. C. II. §. XII. p. 76. conf. *Hunnii* Artic. Rel. Christ. Loc. de Trinit. Opp. T. I. p. 128. *R. Spencers* Theol. Heb. P. IV. C. VII. Scct. IV. p. 23. 24. Ubi hic fidei assiduum accesserit exercitium, omnia illa in praxi conscientia vivide agnoscuntur, quæ ex JESU Christo didiceris, *qui enim credit in Filium Dei, testimonium illud Patris, Filii atque Spiritus S. habet* IN SEIPSO I. Joh. V. 10. Tum enim agnoscitur, quam salubre atque solatio plenum sit magnum illud Religionis nostræ mysterium, ubi *Pater* homines *ad Christum* trahit, & homo per *Spiritus S.* testimonium *in Christo* sibi propitium *Patrem* deprehendit, & *Christus* cum *Patre & Spiritu S.* in ipso habitare incipit. Joh. XIV. 23. *Ita enim agnoscere & quotidie in negotio salutis nostræ considerare debemus,*
quod

quod unus sit DEUS, Pater, Filius & Spiritus Sanctus, qui procurat nostram salutem, & de eo, ut illius participes fiamus, paterne sollicitus est. Donat enim nobis salutem Pater, sed non sine Filio, nec Filius sine Patre, & uterque non sine Spiritu Sancto. Et pulcherrima est doctrina de causa efficiente fidei, quomodo donetur nobis agnitio Patris, Joh. XVII. 3. Scientia filii Jesh. LIII. 11. Communicatio Spiritus S. 2. Cor. XIII. 13. Non ex perspicacia ingenii nostri; sed operatione, efficacia & illuminatione Patris, Filii & Spiritus Sancti; & qua sint beneficia Patris, qua Filii, qua Spiritus Sancti, in hac revelatione, qua tamen conjuncta & indivisa sunt. Hec non in otiosis disputationibus agitantur, sed in praxi articuli Justificationis exercenda sunt: Ita enim redissime intelligentur, inquit pius Theologus Polycarp. Lyserus, Harm. Evang. Part. II. C. LVI. p. m. 116. Et eo mihi videtur tendere Magnus Phil. Jac Spenerus, consilio suo: Wo schwache / gottselige Herzen / absonderlich nicht wissen / was sie sich vorstellen sollen / wo sie mit Gott handeln / da wir uns kein Bild von der Z. Drey-Einigkeit machen können; So gewöhnen sie sich nur an Christum zu gedenken. Da finden sie den Vater / denn er ist in Ihm / und auch den Z. Geist / der Selb Geist ist / in Ev. Glaubens-Lehre. Dom p. N. Ann. p. m 165. cf. Ej. Theol. Bedenken Part. II. C. III. Sect. I. p 2. sqq. cf. & Libb. Symbb. p. 504. It. D. Franc Buddei Dissert. de usu mysteriorum fidei in praxi vitæ Christianæ. §. IX. p. 29. sqq.

§. XIX.

Ab *Objecto* Theologiæ, ad ejusdem *Subiectum* descendamus, quod Homo est, ad *Imaginem Dei conditus*, ab hac felicitate delapsus, ad eandem vero iterum reducendus. Misera facie Homo nobis in Theologia proponitur. Felix fuit, infelix factus, felicior iterum reddendus. Ut igitur, & primam Hominis felicitatem, & ingentem illius labentis, lapsique, miseriam, viam etiam ad pristinam felicitatem redeundi, cognoscamus, plurimum nos juvabit JESUM CHRISTUM diligenter adspicere, & ex illo tum de Imaginis Dei dignitate, tum de Lapsus atque peccati calamitate, tum etiam de via ad restorationem pristinæ Imaginis nos informare. Nos, Imagine Dei, ipsaque ejusdem cognitione, nunc privati, de Imagine Dei ita differimus, quemadmodum illi, qui in obscura carcere decenti, lucis præstantiam

inquirunt, ut loqui amar, *Job. Gerhardus* Loc. de *Imag. Dei*. C. X. §. 140 Opp. T. II. p. 123. Facile igitur hic a veritate aberrare poterit, qui non *justa* ac legitima via, in indagazione Imaginis D. incesserit. Qui Christum ignorant *Judæi*, misere hic cœcutiunt, nec inveniunt, ubi consistant. Vide eorum *παροξύνματα* collecta apud *Raimundum Martini*, (cui vero non in omnibus fides habenda) Pug. Fid. P. III. Diff. 3. C. III. It. *Job. a Lent*, Moderna Theol. Judaica. C. IX. §. 11. sqq. cf. *Job. Henr. Maji* Dissert. De *Homine in Imag. Dei condito*, ad Loc. Gen I 27. Qui vel propriis speculationibus, vel Critico suo luxurianti ingenio indulserunt, aut cum *Audeanis*, in corpore Adami DEum repræsente; aut cum *Pelagianis*, *Socinianis*, *Arminianis*, in Dominio super res creatas; aut cum *Helmontio* aliisque plurimis, in ipsa animæ essentia, Imag. Dei quæsiverunt, vid. *Fausli Socini* Prælect. Theol. C. III. Opp. T. I. p. 539. *Simon Episcopi* Instit. Theol. L. IV. Sect. III. C. 7. p. 359. *Job. Bapt. van Helmont*, Tract. de *Imag. Dei*, cf. *Job. Andreae Schmidii* adversus ultimam Dissert. de *Statu Integr.* Helmst. 1696. It. *Brochmandi* Loc. de *Homine primo*, T. I. Art. IX. C. II. p. 297. sqq. Ut autem hi pravas adeo de Imag. D. sibi formaverint notiones, non aliam magis ob causam factum, quam quod aliunde, quam ex JESU CHRISTO, Imaginis D. conceptum quæsiverint, & ut Cl. *Buddæus* judicat: *quod de Peccato, de naturali hominum corruptione, cum primis autem de GRATIA DIVINA in JESU Christo nobis oblata, non recte senserint.* in Inst. Theol. Dogm. L. III. C. I. §. 22. p. 739. sqq. ed. pr. Paulus igitur, meliora nos edocturus, nos ad JESUM Christum deducit, & τὴν δόξαν τῆς Θεῆς, *gloriam seu imaginem Dei*, pia mente ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ in facie *JESU Christi*, quem propterea εἰκόνα τῆς Θεῆς vocat, nos quærere jubet. 2. Cor. IV. 4. 6. Non hic repetimus, quæ jam dicta sunt in Dissert. priori, §. XVI. p. 29. id tantum addimus, ipsum Johannem, jam suo tempore cum piis fidelibus in indaganda Imag. D. in facie *JESU Christi* se exercuisse. vid. *Joh. c. I. v. 14.* coll. cum *Rom. III. 23. 1. Pet. II. 10. 1. Cor. V. 8. Eph. IV. 24.* cf. *Mart. Chemnitzii* Harm. Ev. P. I. C. I. p. 77 sq. it. *Libb Symbb* p. 735. Nec aliud Paulo in mente fuisse videtur. 2. Cor. III. 18. ἡμεῖς πάντες ἀνακαταλυμμένα

πρω-

προσώπω τὴν δόξαν Κυβίς κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μετα-
 μορφώμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυβίς πνεύματος. *Nos omnes, qui facie revelata, gloriam, majestatem, bonitatem, Dei*
in Christo quasi in speculo adspicimus; Nos, inquam, per hunc felici-
ssimum adspēctum, transformamur in eandem ab Adamo deperdi-
 tam, in *Christo* iterum nobis restitutam *imaginem*, ab una Justifica-
 tionis ac Sanctificationis *gloria ad aliam, ut a Domini Spiritu.* v. *Luth.*
Glossa marg. in h. l. it. Libb. Symbb. p. 282. f. & B Speneri Comm in
h. l. Horum igitur si vestigiis insistimus, ab omni lapsu securi, fe-
 lices in addiscenda Divina imagine erimus, ubi sepositis propriis
 speculationibus, illam ex *Jesu Christi facie* repetemus, & ut solent
 Theologi, ex statu restitutionis, ad statum integritatis, argumenta-
 bimur. Cum enim *CHRISTUS, secundus Adam*, DEum inter &
 homines mediator, Homo factus sit, ut amissam ab Adamo Divinam
 imaginem, in assumpta Humanitate, perfectissimam Homini-
 bus restitueret, unctus propterea quoad humanam naturam, affluxu imagi-
 nis Divinæ, eandemque externis etiam verbis ac factis expressit at-
 que exhibuit integerrimam, ut ex plenitudine ipsius nos omnes ac-
 ciperemus gratiam ac veritatem Joh. I. 16. 17. 18. III. 34. 35. XIV.
 9. Act. X. 38. Rom. V. 14. Col. I. 15. Si igitur Christum adspicis,
 & illa modo, quæ ob Divinam illius Naturam illi propria sunt, tollis,
 perfectissimam in illo Dei imaginem, in Adamo priore olim conspi-
 cuam, iterum expressam cognosces. Erat Adamus verus Ho-
 mo, æque ut Christus, & uti non in hoc, ita nec illo, per Dei ima-
 ginem sublata, sanctificata tamen est humanitas, non igitur DEo
aqualis sed similis erat, quia homo, non DEus erat, Gen. V. 1. 2.
 1. Cor. XV. 49. Col. III. 10. Sicuti autem præcipua JESU Christi
 gloria, in gratia ac veritate (affectionibus animæ) sita erat, Joh. I.
 14. 2. Cor. III. 18. Sic primaria hominis primæ conformitas cum
 DEo in perfectionibus animæ posita erat Eph. IV. 24. Col. III. 10.
Intellectus plenus erat luce Dei, & conformis Dei scientiæ ac sapien-
 tiæ, DEum intime cognoscens, sicuti est. Joh. I. 18. II. 25. XVI.
 30. Jes. XI. 2. coll. 1. Joh. III. 2. Col. III. 10. Gen. II. 19. 20. 23.
 1. Joh. I. 7. II. 8. 9. quia quæ a *Jesu Christo* restituti sunt Sapien-
 tiæ ac cognitionis thesauri, in illo aderant Col. II. 2. 3. coll. C. III. 10.

Voluntatis similiter cum Sanctitate ac libertate Dei admirabilis erat harmonia. Uti enim Christus propter lapsum Adami, DEo Patri obediens *factus* est, Phil. II. 8. & in carne sua humana, DEum Patrem omni colebat humilitate, in illum intimo ferebatur amore ac pietate Ef. XLII. 1. Joh. V. 19. 30. VI. 38. IV. 34. XIV. 31. Sic Adamus, ab omni proprio amore, propria gloria, proprio commodo profusus alienus, DEo soli obediens, nihil possidebat nisi DEum, nihil desiderabat, nihilque cogitabat, nisi solum DEum, in quem solum omni animi affectu ferebatur Eph. IV. 24. Col. III. 10. Eccles. VII. 30. Oriebatur inde inenarrabilis animi tranquillitas. Adami, æque ut Christi animus, in DEo solo acquiescebat, hilaris omnibus bonis cœlestibus fruebatur, ac familiari cum DEo consuetudine utebatur Joh. V. 17-20. sqq. XIII. 3. XVI. 15. coll. C. XVII. 21. 22. sqq. & v. 13. Gen. II. & Rom. XV. 17. Non poterat non ex tenerimo hoc in DEum affectu, & in omnibus *inferioribus facultatibus* intima conformitas cum DEo oriri. Christus sine peccato *natus* Luc. I. 35. 2. Cor. V. 21. per omnem vitam simpliciter in solum Patrem affectu ferebatur, proinde manebat ὅσις, ἀκακός, ἀμίαντος, κεχαρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν, Ebr. VII. 26. 1. Petr. II. 22. 1. Joh. III. 5. Adamus, sine peccato *creatus*, Gen. I. 26. Eccles. VII. 30. quamdiu imagine Dei gaudebat, sine ulla carnis & spiritus lucta, appetitus illius sensitivi, rationi rectæ at voluntati justissimæ subiecti, ad solum DEum tendebant, eundemque totum, castum, purum ac sanctum servabant Gen. II. 25. 1. Cor. XIII. 4. sqq. Erat hæc illa ἀπλότης εἰς τὸν Θεόν, quam Paulus in rege[n]itis requirit. 2. Cor. XI. 3. Similiter, & illam hominis primi conformitatem, quam *minus principalem* dicimus, clarissime Christi Persona depingit, impassibile, immortale & valde gloriosum Christi corpus nobis in statu glorificationis in Scriptura proponitur. Matth. XVII. 2. Joh. XIII. 31. 32. Christus etiam, nostra corpora ad similem gloriam reducere vult 1. Cor. XV. 43. 49. 53. Phil. III. 21. Tale & Adami corpus fuisse ex Gen. II. 25. Sap. II. 23. 24. Rom. V. 12. VI. 13. sponte fuit. Dominium externum in creaturas ipse Dominus creaturarum mereri voluit. Ps. VIII. 7. 1. Cor. XV. 27. Hominem igitur ex hoc Dominio excidisse, illudque ante lapsum habuisse, apertum est.

Gen.

Gen. I. 26. 28. Res magnæ utilitatis est in hunc modum imaginem Dei in JESU CHRISTI facie querere, quæ & veritatis cognitionem, *vivam dulcissimamque* reddit, firmissimamque convictionem, si ab animo pio suscipiatur, secum fert. *Præclarum enim est studium, quo, quæ Imaginis D. sunt, investigantur in Christi, ipsius vitæ doctrinaque typo, in quem traditi sunt fideles, ad obedientiam fidei ex omni animo præstandam Rom. VI. 17. - - Quid obsecro, nos sentiemus de Imagine Dei, cujus non tantum lineamenta adsequimur ex scripturis, sed faciem ipsam in Christo intuemur?* verba sunt Vener. Abbatis Breithauptii in Instit. Theol. Dogm. Tom. I. Loc. II. C. I. § IX. in Annot. p. 229.

§. XX.

Si ex JESU CHRISTO ea didiceris, quæ ad imaginem Dei pertinent, & quanta tua prior fuit felicitas, *Fundamentum* habebis, ex quo te & de lapsus gravitate, & hominum omnium ex peccato orta miseria, informare poteris. Si enim rationem imaginis Divinæ ex facie JESU CHRISTI didiceris, rationem etiam lapsus Adami melius intelliges. Uti Christus *Adamus secundus*, jure *filiationis*, sic *Adamus primus* jure *creationis* soli DEO adhærebat, Gen. I. 26. 27. in hunc finem *sanctitate ac veritate* instructus, Eph. IV. 24. arborem scientiæ boni & mali, *ut γυμνάσιον obedientiæ*, (ut loquitur Joh. Gerhardus Loc. de Pecc. Orig. C. I. §. 5.) nactus fuerat, in qua suum erga DEUM obsequium demonstraret Gen. II. 15. Adamus vero, per serpentem ab hac sua *ἀπλότητι* εἰς τὸν Θεὸν abductus, interno affectu a DEO secedere, & inordinato amore ad se ipsum ferri cœpit. Gen. III. 6. & hujus *ἀποστασίας* internæ, externum tantum signum, tangendo atque comedendo edidit. 2. Cor. XI. 2. 3. Sic *formale* lapsus, non in actu tangendi, ac comedendi, sed in *ἀποστασία interna* per amorem sui inordinatum atque *infidelitatem erga DEUM* consistit. vid. *Chemnitii* Loc. de Pecc. Orig. C. VII. §. 2. p. 229. b. *Breithauptii* Theol. Cred. Fundam. C. III. Th. I. p. m. 39. It. *Lutheri* Comm. in Genesim fol. m. 46. a. b. *Gerhardi* L. C. Tom. 2. p. 126. b. Multum juvabit *ἀποστασίαν a DEO*, formale lapsus Adami constituere, cum exinde peccatum Adami peccatorum omnium maximum, & pœnam Divinam justissimam fuisse appareat. DEUS etiam sic, ab

omni

omni causa mali, & *Physici & morali*, absolvatur. Cum enim Adamus per ἀποστάσιν a DEo recessisset, non poterat non sponte in omne malum & *physicum & morale* præceps ruere, siquidem in DEo omne bonum reliquerat, extra DEum nihil nisi omne malum invenire poterat. Cui si addimus, quod DEus morte Filii proprii JESU Christi, peccatum expiare voluerit, manebit sane λόγος Filii Dei manifestissimum argumentum, DEum non esse causam peccati, sed quiddam peccata extreme displiceant DEo. Est enim λόγος pretium, quod datur ad redimendos captivos, & quo gravior est offensa captivi erga victorem, eo majus & præstantius requiritur λύτρον. Cum ergo pro redemptione generis humani, Filius Dei animam dederit ἀπολύτρωσιν, potest inde colligi, quam immensa fuerit offensio voluntatis Divinae ex peccato generis humani. Et quis jam ausit blasphemare, voluntatem Dei esse, quod homines perpetrent scelera, cum non tantum voce legis, sed & traditione sui Filii testatus sit, quantopere voluntas sua offendatur peccatis. Chemnitius Loc. de Caus. Pecc. Tom. I p. 136. b. Ab Adamo hoc, Patre ἀπόστατα, non alii quam parenti æquales liberi, nasci poterant. Gen. V. 3. Sic peccatum Originans in posteris fiebat originatum Rom. V. 12. sqq. VII. 14. Pf. LI. 7. cum defectu virium spiritualium, & pravis concupiscentiis, tantas hominibus tenebras offundens, ut nec propriam suam miseriam videre atque agnoscere possint, nisi JESU Christi lumine, tetra hæc calligo ante dispulsa fuerit. Rom. VII. 7. I. Cor. II. 14. Eph. V. 8. JESUS Christus igitur sit ψὸς ψαλίξον πάντα ἀνθρώπων ἐσχισμένον εἰς τὸν κόσμον Joh I. 9. 4. ε. explicat ille legem Dei spiritualiter, secundum cordis affectum, ac Dei indolem, ac quantum DEo debeamus, nobis in Evangelio exponit Matth. V-VII. XVI. 24. s. Luc. XXIV. 26. Rom. VII. 14. I. Petr. I. 15. 16. Morte ac passione sua, horrendum atque in oculis Dei adeo abominabile peccati malum, nobis vivis quasi coloribus depingit. Siste illud, ut morbum adeo perniciosum, cui nulla sufficere voluerit medela, nisi illum ipse DEUS sanguine suo sanaret; ut debitum, morte ipsius DEI solvendum; ut crimen, nonnisi infinitis doloribus expiandum. conf. *Luth.* Postil. Eccl. Dom. VI. p. Tr. p. m. 208. a. 9. 3. Idem Christus in Passione sua, vires etiam nobis suppe-

ditat,

ditat, ut *spirituali cum dolore. sanctoque cum pudore*, peccata agnoscere possimus Rom. VI. 3. - 6. Gal. VI. 14. *Cum enim nuda legis predicatio sine mentione Christi, aut inflatos hypocritas efficiat: aut homines ad desperationem adigat; Christus in manus suas legem sumit, eamque spiritualiter explicat, & sic iram suam de celo revelat, super omnem impietatem hominum, & ostendit, quanta sit ira Divina. Ea ratione, ad legem illi ablegantur, ut ex ea demum recte peccata sua agnoscere discant; quam agnitionem peccatorum Moyses nunquam ab illis extorquere potuisset.* Libb. Symbb. p. 711. fin. Qui & in Epitome Articul. Concord. addunt; *Concio illa de Passione & morte Christi Filii Dei, severitatis & terroris plena est, quæ iram Dei adversus peccata ostendit; unde demum homines ad legem Dei propius adducuntur, postquam velum illud Moysis ablaturum est: ut tandem exacte agnoscant, quanta videlicet Dominus in lege sua a nobis exigat, quorum nihil nos prestare possumus.* Libb. symbb. p. 593. fin. Ille, qui hanc Christi virtutem expertus est, cum Apostolo Paulo Phil. III. 10., IV. 13. 2. Cor. XII 9. *spirituali demum cum iudicio, in praxi, originale ab actuali, voluntaria ab involuntariis, regnantia a non regnantibus peccatis, discernere poterit. Virtutem enim fidei in Jesum Christum expertus, omnis mali fontem & peccatorum omnium maximum, imo unicum tantum peccatum, defectum fidei in Jesum Christum esse, cognosceat.* Joh. XVI. 9. *Wer gläubet / der mag nicht Sünde thun / wie Johannes saget / denn das Wort Gottes / daran er hanget / ist allmächtig und Gottes Krafft / das lässet ihn nicht fallen noch sincken. Sündigt er aber / so ist gewiß der Glaube zuvor hinweg --- darumb ehe die äußerliche Sünde geschicht / ist schon die größte Haupt- Sünde geschehen / inwendig der Unglaube. Darumb ist wahr / daß keine Sünde ist / dann der Unglaube / der ist Sünde und thut Sünde. --- Daßer zeigt Christus keine Sünde an / Joh. XVI. denn den Unglauben / da er spricht: Daß ist die Sünde / daß sie nicht gläuben an mich. Lutherus Tom II. Jen. p. 142 b. cf. Tom. I. Wirt p. 281. Qui hunc peccatorum omnium fontem agnoverit; nullum peccatum ex se veniale, sed omnia mortalia esse experietur, & sic in omnibus reliquis dijudicandis felicior erit. cf. peculiarem Chemnitii Locum de discrimine peccati mortalis & venialis Part. III. p. 92 sq. It. Partem I. p. 234. b. & 241. a. Lutherus Tom. VII. Jen. Germ. p. 253 f. & 264. f. Cui vero illa Jesu Christi virtus deficit, cum Pharisæis Matth. V. misere*

hic cœcutiet, nec quid *mortale* aut *veniale*, *voluntarium* aut *involuntarium* sic peccatum, unquam vere intelliget, potius, in finitis modis, actualia cum mortalibus, mortalia cum venialibus, venialia cum originali, originale cum actualibus confundet. De *virtute* enim *Jesu Christi*, nihil expertus, impia socordia peccatis suis indulgebis, & voluntaria, actualia, mortalia peccata; ex infirmitate, propter lapsum *Adami* necessario sibi adhærente, profecta esse, judicabit, securus in illis vivet, & ex abominabili hoc malo, quod nunquam ipsi *καθ' ὑπερβολὴν ἀμαρτολὸν* apparuit, dulce sibi solamen formabit: se scilicet peccatorem, infirmum esse, se legem Dei perfecte implere non posse, se neque ad perfectionem aspirare, gloriabitur. Plurima peccata ipsi erunt *venialia*, quæ non mereantur mortem, quam quidem *primam in mundo auditam heresin fuisse* recte judicat *Herm. Wisius* *Oecon Fœder. Lib. I. C. VIII. §. 6. conf. Job. Henr. Maji Dissert. de Hæresi practica Sect. II. Loc. V. §. 4. p. m. 58.*

§. XXI.

Cum igitur in homine adeo misero, nullum sit vitam æternam recuperandi *fundamentum*; itaque *gratuitum restitutionis fundamentum justitia JESU CHRISTI est*. Höpffnerus *Disp. X. De Justificat. p. m. 932.* Quo magis igitur homo se miserum esse agnoscit, omniaque sibi deesse sentit; eo magis ipsi verum ac unicum reparationis suæ *fundamentum*, JESUS CHRISTUS scilicet, cum suis beneficiis innotescit. *Lib. symb. p. 59.* Locus igitur de JESU CHRISTO in Theologia nostra, ut *fundamentum Prædestinationis, Justificationis, Regenerationis & Renovationis*, uno verbo, *Restitutionis totius humani generis*, tractandus, *1. Cor. III. 11. Joh. XX. 31 Act. X. 43* ea, quæ de *Persona* atque *Officio* JESU CHRISTI proponuntur, ad usum in restitutione humani generis applicanda, & sic *Articulus hie præctice tradendus erit.* Quia in re consentientem habeo *Mart. Chemnitium*, in *Tract. de Duab. Nat. in Christo C. XI. p. 56. Job. Arndium* in *Ver. Christ. Lib. II C. III. p. m. 115.* Duplici absolvitur capite *doctrina* de JESU CHRISTO, alterum de *Persona* ejusdem, alterum de *Officio* agit. Veram JESU CHRISTI Divinitatem, Christi Ecclesia defendit, & ab omnibus hostium Divinitatis Christi injuriis, juste vindicat, nequam vero enim in finem, ut vindicata illa tantum adsit veritas, & homo veritati huic assentiens, eadem in securitate carnali superbiret; sed

sed ut *fundamentum* nobis esset *Prædestinationis*, atque Paternæ erga nos voluntatis Divinæ, ut videamus, quid præter bona temporalia Deus nobis largiri soleat, nempe, quomodo omnes bonitatis suæ ac divitiarum thesauros, semel nobis effuderit, nihilque sibi reliquum fecerit, quod nobis utendum fruendumque non impertierit. Jam hic articulus quoque late patet, estque plane secundissimus. Lutherus *Catech. Maj. Libb. symb. p. 463.* Et ut *fundamentum* adesset, ex quo hominibus constaret: convenientem hunc esse Deum inter & homines *Mediatorem*, *sufficiatissimum Defensorem*, *efficacissimum Intercessorem*, *plenissimum Salvatorem*, propter suam Deum inter & homines *intercessorem* Gerhardus *Loc. de Perf. Christ. Tom. I. p. 429. b. conf. Libb. symb. p. 371.*

494. *Humana Christi natura*, totius *satisfactionis Christi fundamentum* exhibet, assumpsit enim *Salvator humanam naturam*, ut morte ac passione tua humani generis debita solveret, & pro omnibus hominum peccatis *hostia fieret.* *Libb. Symb. p. 10.* Simul vero & *Sanctificatio*, in sanctissima *Jesu Christi Nativitate* ac *vita fundata est.* Ipse sanctissimus natus, *Luc. I. 35. Ebr. II. 14. IV. 15.* Aliorum tulit peccata, ut illa aboleret & *condemneret Rom. VIII 3. 4. Eph. II. 5. 10. I. Tim. III. 16. Ebr. IX. 28.* *Naturam enim humanam, quia peccato depravata erat, assumpsit Filius Dei, ut eam in seipso primum repararet & restitueret, ac deinde ex ipso, tanquam ex capite ad nos, qui membra ejus sumus, sanatio, sanctificatio seu renovatio derivaretur, & ut certum haberemus pignus, de reparatione totius corruptæ naturæ nostre, cujus curam Medicus ille noster, dato certo documento suscepit, cum eam totam assumptam, in seipso tanquam in capite, primum reformavit & quasi resinxit.* *Chemnit. de Duab. nat. in Christ. C. III. p. 15. conf. Macarius Homil. VI. p. m. 96.* *Unionem duarum in Christo naturarum, quam vocant personalem, non otiose contra Nestorium defendit Antiquitas, sed ut & Redemtionis & Unionis nostræ cum Deo firmum fundamentum maneret.* *Gerhard. Loc. de Perf. & Off. Christ. §. 154 Tom. I. p. 461. a.* *Quia enim humana Natura in Adamo erat per peccatum a Deo avulsa, a vita & communionem Dei abalienata: Ideo Filius Dei eam rursus in sua persona artificissima copulatione Divinæ Naturæ univit, atque ita ad communionem Dei restituit.* *Chemnit. l. c. C. XI. p. 52. b. & 35. a. conf. Maji Dissert. de Hæres. Pract. p. 60.* *Communio atque communicatio Naturarum atque Idiomatum,*

fundamentum exhibet, ex quo & de sufficientia, imò abundantia satisfactionis, & de meriti Christi, ac fidei illud apprehendentis virtute & efficacia judicandum est. vid. Libb. symbb. p. 772. Lutherus Tom. VII. Witt. fol. 530. *Divina enim natura Filii Dei, omnia salutaria totius plenitudinis Deitatis suæ bona, membris suis subministrat, non se sola, absolute & seorsim, sed ex illa natura, cum illa, & per illam, qua caput & membra cognata sunt, & substantialia, --- Ut ita ex rota plenitudine Deitatis, per humanam Christi naturam, in qua illa personaliter habitat, impleamur omni plenitudine Dei, Eph. III. Chemnitius l. c. C. XXIV. p. 124. a. conf. Breiuhauptii Thes. Agend. p. 226. Eadem ratione & in officio Christi Sacerdotali, Prophetico & Regio, nostræ Justificationis & fidei justificantis fundamenta ponuntur, ut fides in JESUM Christum, habeat quo niti possit. Satisfactio enim, Intercessio, ac Benedictio JESU Christi, quæ officium illius Sacerdotale constituunt, ad justificationem hominis peccatoris tendunt, Rom. III. 24. Ratione enim Divinitatis potest nos servare, ratione humanitatis, qua passus & tentatus est, potest nobis compati, ostendit vultui Dei, quæ stigmata pro redemptione nostra acceperit, amat & curat nos, quia tam pretiose nos acquisivit, data anima sua pro nobis. Et nemo carnem suam odio habet &c. Chemnitius l. c. p. 135. b. conf. Libb. Symbb. p. 229. 263, 265 &c. Propheticum illius officium, per prædicationem Evangelii, & virtutem Spiritus S. concomitantem, intellectum illuminat, & fidem accendit; & Regium, hominem in fide conservat, adeoque simul quotidianæ Renovationis fundamenta ponit, simulac ipsos Christianos, Sacerdotes, Prophetas ac Reges Spirituales constituit. Propter ignorantiam mentis per peccatum introductam, egebamus Doctore s. Prophetâ, Job. I. 18. Propter peccata & peccatorum penas, indigebamus Sacerdote reconciliante nos Deo, satisfaciente pro nobis, & intercedente coram Tribunali, Es. LIX. 2. Cor. II. 19. Propter infirmitatem voluntatis, egebamus Rege nos ducente ac defendente Ps. CXIX. v. ult. Gerhardus de offic. Christ. C. XV. Thes. II §. 321. -- 324. Tom. I. p. 535. f. Ubi igitur hac ratione JESUS Christus in Loco de Christo non vanis speculationibus involvitur, sed ut fundamentum totius nostræ salutis præctice consideratur, ita ut decet, in Christo cum Paulo omnia deprehendimus, 1. Cor. II, 2. 1, 22. 23. 24. 30. 31. & Christus,*

flus, uti Apostolo, ita & nobis πάντα εν πάσι fieri poterit. Joh. XIV. 6. Col. I. 17. 19. Apoc. I. 17. 18. conf. Macar. Hom. XXXI. §. IV. p. m. 426. & ita γνωστως Lutheri Discipulus M. Chemnitius Locum hunc tractari voluit. *Illud est, inquit, cujus ALIQUOTIES jam mentio facta est, in sine jam denuo reperam, de arcano & admirando illo federe, quo divina & humana natura in hypostasi Christi copulata sunt, non esse arguta & curiosa subtilitate tantum disputandum, sed concepta mediocri ex verbo Dei agnitione, videndum esse, quomodo tota doctrina, ad serium usum, in v:ris fidei exercitiis conferri possit. Ac utiliter recensentur cause, quæ semper in conspectu esse debent, quare Mediatorem, Redemptorem & Salvatorem nostrum, oportuerit nec Deum tantum, nec hominem tantum esse. Sed quare in persona Mediatoris duas naturas divinam & humanam uniri oportuerit. de Duab. Nat. p. 52. & C. VI. p. 32. b. Non tam frigide & leviter sentiendum est (Scholasticorum more) de hypostatica unione duarum Nat. in Christo &c. & p. 35. a. Hæc est optima ratio, explicandi mysterium Christi, si ita ad USUM Fidei transferatur.*

§. XXII.

Facillimum nunc foret, ex hisce, quæ dicta sunt, JESUM CHRISTUM, ut Fundamentum in Loco de *Regeneratione, Justificatione, Conversione, Renovatione* &c. prolixè exhibere. Ne vero materia, Disputationis limites excedat, brevibus tantum Loca hæc attingere lubet. Totum *Regenerationis ac Conversionis* opus, suum habet *Fundamentum, in merito Jesu Christi, & Speciatim in Communione cum Christo ex mortuis resuscitato*, ex illius enim morte, vires, peccato moriendi, & ex illius Resurrectione, vires ex spirituali morte reviviscendi, conceduntur. Rom. VI. 4. -- II. VIII. 10. Gal. V. 24. Eph. I. 19. 20. II. 5. 6. 10. Phil. III. 10. Col. II. 13. III. 1. 3. 5. I. Pet. I. 3. II. 22. -- 24. Ipsa *Contritio* vera, & salutaris, Donum JESU CHRISTI, & beneficium, ex merito Christi fluens est. Act. III. 26. XI. 18. Christus enim Salvator, ideo exaltatus est ad dextram Dei, δέναι μετάνοιαν τῷ Ἰσραὴλ Act. V. 31. conf. Luc. XXIV. 47. Act. XVII. 30. Quomodo illud procedat, verbis potius vener. Breit-*hauptii* quam propriis exprimere, consultum duximus: *Præstat id sola mortis Christi vis atque efficacia, quando homo, legis spiritualis lumen persentiscens, ac considerans cordis immunditiam, & internas pestes,*

pestes, incredulitatem, dubitationem, contemptum atque odium Dei, murmurationem contra judicium, iram, omnia verba & facta Dei; cum amorem sui, mundi, & creaturarum, præter & contra Deum: juxtaque intuens ardentem passionem mortemque Filii Dei, una cum terrore intime connexum desiderium, solatii spe permixtum, inde animadvertit; eoque acrioribus, pudore ac penitentia plenis, conficitur doloribus, non desperationis, sed regenerationis. Hic enim, ut ad proprium suum officium pertingere Evangelium posse, Spiritus S. cum timore & tremore insinuat communionem Crucis Christi; & quidem ex passione ac morte crucifixi, efficacitatem ipsam, qua Christus passus est, viresque crucifigendi carnem cum affectibus atque concupiscentiis, & moriendi peccato: Rom. VI. Gal. V. 24. unde fit, ut res omnes & objecta sensuum, etiam in se bona, sentiantur adhibita ad usum esse antea, non propter Deum unice, sed extra Deum, atque adeo ad abusum potius; penitusque agnoscatur fœdissimus amor sui in actionibus quibuscunque, & ejus in locum succedat odium sui salutare, contemptus sensibilium, fastidium de vita ante acta: Luc. XIV. 26. ut mundus ipse sic crucifigatur ei, qui regeneratur & convertitur vere; Gal. VI. 14. peccatique corpus, cum membris, labes originalis cum vitiosis affectibus, inchoate aboleatur. Rom. VI. 6. Ita quippe afflictus ac cruciatus, homo vetus, sensum & animam suam (rationem, judicium & spem naturalem, contra quam, spes fidei ex evangelio pugnat, Rom. IV. 18.) subactam experitur, captivus, moribundus; privatus viribus fiducia sui, sapientie prudentieque carnalis, nec non tandem & temerarie persuasionis de gratia seu misericordia Dei. Instit. Theol. Dogm. Tom. II p. 83. f. conf. p. 89. f. & Arnd. V. C. L. I. C. XXXV. Libb. Symbb. p. 84. 85. Suppeditat dulcissimus Salvator sub hisce terribilibus conscientia, ex iisdem viribus, quibus ipse resurrexit a mortuis, per verbum Evangelii Rom. I. 4. Fidem vivificam Eph. I. 19. 20. I. Pet. I. 3. Fides illa existit in penitentia, hoc est, **CONCIPITUR IN TERRORIBUS CONSCIENTIÆ, quæ sentit iram Dei adversus nostram peccata, & querit remissionem peccatorum & liberari a peccato. Et in talibus terroribus & aliis afflictionibus debet hæc fides crescere & confirmari.** Libb. Symbb. p. 86. conf. p. 134. 167. 222. Cum igitur cor contritum sentire incipit, se propter Christum, Deum habere placatum. Libb. Symbb. p. 177. In promissionibus Evangelicis

cis acquiescit, gratiæ Jesu Christi adhæret, & ex illo vires, ad vitam spiritualem sibi necessarias, trahit. *Hoc modo cor erigitur & vivificatur fide, concipit Spiritum S. qui renovat nos, ut legem facere possimus, ut possimus diligere Deum, verbum Dei, obedire Deo in afflictionibus, ut possimus esse casti, diligere proximum. &c. Hæc opera, etsi adhuc a perfectione legis procul absint, tamen placent propter fidem, qua justî reputamur, quia credimus nos propter Christum habere placatum Deum.* Libb. Symbb. p. 122. conf. p. 125. 126. Sic fides, cum Christo hominem intime conjungens, VITÆ ÆTERNÆ initium facit. *Hæc enim regeneratio est quasi inchoatio VITÆ ÆTERNÆ, ut Paulus ait: Si Christus in vobis est, Spiritus vivit, corpus autem mortuum est.* Libb. Symbb. p. 134. it. p. 216. 84. 259. 294. Uti igitur fides, ex resurrectione Christi, in hæsitam justitiam, ad vitam novæ instauracionem impetrat, ita & ex eadem simul justitiam imputativam coram judicio Divino consequitur, *ὁ γὰρ Χριστὸς παροδοῖν διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἁγέσθῃ διὰ τὴν δικαιοσύνην ἡμῶν.* Rom. III. 25. V. 6. VIII. 32. I. Cor. XV. 17. 2. Cor. V. 21. I. Pet. I. 21. II. 24. Fundatur enim nostra Justificatio in promissionibus de Gratia Dei, Redemptione, satisfactiōe ac merito Christi. Exod. XXXIV. 6 7. 2. Cor. I. 19. 20. Rom. III. 24. Eph. I. 7. 9. *Non enim possimus per legem a peccato liberari, ac justificari, sed data est promissio remissionis peccatorum & justificationis propter Christum, qui datus est pro nobis, ut satisfaceret pro peccatis mundi & positus est mediator ac propitiator. Et hæc promissio non habet conditionem meritorum nostrorum, sed gratiæ offert remissionem peccatorum & justificationem,* Libb. Symbb. p. 67. ubi & merito Operum, ex hoc fundamento, promissiones, Satisfactionem ac meritum Christi, Confessores nostri opponunt, p. 61. f. 64. 65. 68. 72. 74. fqq. 77. &c. Gratuitas hæc promissiones, Homo Miser, sine Christo neque intelligere, neque iisdem assentiri, multo minus fiducia sua in illis acquiescere potest. *Non enim Fides humana est potentia, sed res supra Naturam, humanus enim animus per se nihil tale de Deo statuit* Libb. Symbb. p. 108. f. 124. f. Promeruit propterea Salvator, hominibus Spiritum S. qui illos Vocando, illuminando, regenerando, opus fidei in illis operaretur. Joh. XIV. 26. 27. XV. 12. - 24. f. Hic igitur, eadem illa ἐνεργεῖα τῆς ἀγάπης τῆς

τῆς ὕψους αὐτῆς, ἣν ἐνήργησεν ἐν τῷ χριστῷ ἐγγείρας αὐτὸν ἐκ νεφελῶν, etiam in illis fidem operatur, juxta Eph. 1. 19. 20. 11. 5. 6. 8. 10. Col. 11. 12. Phil. 111, 9. 10. &c. Et tum homo concipit veram de JESU Christo notitiam Joh. VI. 28. 29. Libb. Symbb. p. 134. Promissionem audiens: Δεῦτε πρὸς με πάντες οἱ κοπιῶντες & πεφορτισμένοι, καὶ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Matth. XI. 28. Ex illa, suam intelligere miseriam, suum sentire peccatum incipit, sub onere ingemiscit, vult, expetit, quærit, anhelat solamen, & ardentissimis precibus, illa a Christo sibi parata beneficia, (quæ nunc ex lumine Gratiæ, vere maxima ipsi apparent) sibi concedi petit, Ps. VI. XXXII. Rom. X. 6. ff. cont. Libb. Symbb. p. 168. sqq. 170. Sicuti verogemitus illi ineffabiles, ex viva promissionum Christi dulcissimarum cognitione atque assensu orti, operationes sunt Spiritus S. Rom. VIII. 26. ita ultima fidei pars, fiducia scilicet ex merito JESU Christi, per Testimonium Spiritus S. communicatur. Joh. XIV. 16. 17. 21. XV. 26. f. Rom. VIII. 15. 16. Ubi enim in multis & magnis certaminibus, homo gratiam JESU Christi satis anhelaverit, accedit testimonium, quod perhibet Spiritus S. in corde hominis dicens: Dimissa sunt tibi peccata tua, & tum CREDIT, quod per Christum sibi peccata donata sint. Libb. Symbb. p. 175. coll. cum p. 134. 137. JESUS CHRISTUS tum illi omnia in omnibus fit, in illo enim, peccatorum remissionem, justitiam, salutem, vitam æternam, gratiam Dei, uno verbo omnia deprehendit, SUÆQUE illa omnia esse videt, tum DEUS ipsi fit objectum amabile Libb. Symbb. p. 84. omnibus igitur carnalibus & mundanis rebus neglectis, huic soli adhaeret, tum incipit vere Deum timere, diligere, petere, & expectare ab eo auxilium, gratias agere & predicare, & obedire ei in afflictionibus. Incipit & diligit proximum, quia habet cor spirituale & sanctos motus. Libb. Symbb. p. 83. conf. Rom. V. 1. XIV. 17. Eph. 111. 12. Tantopere igitur differt vera fides, ab otiosa carnalis hominis cogitatione, & dulci somnio, quod illa ex viribus JESU Christi, hæc ex propria hominis persuasione proficiscatur, hæc cum Epicuræismo ac Pharisæica hypocrisis etiam subsistat, illa cor hominis pii ab omni impietate liberum servat, divina vero virtute instruet. Christus enim ad hoc nobis datus est, ut propter eum donentur nobis remissio peccatorum,

torum, & Spiritus S. qui novam & aeternam vitam ac aeternam justitiam in nobis pariat. Libb Symbb. p. 84. Fides igitur non est otiosa cogitatio, sed qua a morte liberat & novam vitam in cordibus pariat. Libb. Symbb. p. 71. cf. p. 82. Apparet ex hisce, JESUM CHRISTUM, non minus *Renovationis*, quam *Justificationis* fundamentum esse, qui enim justificationis, idem & renovationis causa promerens Christus Θεάνθρωπος est Joh. XV. 5. Eph. II. 10. Tit. III. 4. 5. 6. idem etiam utriusque medium, *Fides* scilicet in JESUM CHRISTUM Gal. V. 6. 2. Pet. I. 5. Renovat *Fides* hominem Regentem, intellectum magis illuminando, voluntatem emendando, pravos appetitus coercendo & membra corporis ad opera justitiæ magis magisque disponendo. Ubi in hac renovationis via, CHRISTUS negligitur, renovatio vel in externa saltem mutatione subsistit, vel legalis, & magnum incrementum in Christianismo impedimentum fit. Si vero ex viribus JESU CHRISTI Evangelicis, Renovationis praxis procedit, facillime exercetur & salutaris evadit. Eadem est ratio Renovationis, quæ Regenerationis & Conversionis, quia Renovatio tantum continuata Regeneratio atque Conversio est, & propterea *Penitentia quotidiana* dicitur Libb. Symbb. p. 377. sq. 548 f. cf. Luc. IX. 23. I. Cor. XV. 31. 2. Cor. IV. 16. I. Cor. X. 12. Eph. VI. 14. Phil. I. 27. I. Thess. III. 8. 2. Thess. II. 15. I. Pet. V. 12. Quemadmodum igitur Regeneratio atque Conversio, ex mortis ac Resurrectionis Christi viribus proficiscebantur, ita Renovatio quotidie ex iisdem viribus continuanda est. Uti enim in Christo creati sumus ad opera bona Eph. II. 10. III. 17. ita & Virtus Divina largitur nobis omnia, quæ ad vitam ac pietatem sunt necessaria, δια τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ κληθέντος ἡμᾶς διὰ δόξης ἁγίας ἀρετῆς. Διὰ ἂν τὰ μέγιστα ἡμῖν καὶ τίμια ἐπαγγέλματα δεδώσθαι, ἵνα διὰ τῶν γενήσεως Θεῶν ποιανῶν ψύσεως, ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς. Καὶ αὐτὸ τῆτο δὲ σπῆδὴν πᾶσαν παρεσινήγαγκες, ἐπιχοιμήσασθε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετὴν, ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ τὴν ἠγωνίαν, ἐν δὲ τῇ ἠγωνίᾳ τὴν ἐγκρατείαν, ἐν δὲ τῇ ἐγκρατεῖᾳ τὴν ὑπομονήν, ἐν δὲ τῇ ὑπομονῇ τὴν ἐυσέβειαν, ἐν δὲ τῇ ἐυσεβείᾳ τὴν φιλαδελφίαν, ἐν δὲ τῇ φιλαδελφίᾳ τὴν ἀγάπην. Ταῦτα γὰρ ὑμῖν ὑπάρχοντα, καὶ πλεονάζοντα, ἐν ἀργείᾳ ἔδδ' ἀκράτῆος καθίστησι εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπίγνωσιν. 2. Pet. I. 2. 8. cf. Joh. XVII. 3. Phil. III. 10. Eph. III. 16-19. *Uti in eundem qui Caput est, in omnibus adulescere ac crescere possimus, ex quo totum corpus probe coarmentatum, & coherens, per omnes sup-*

peditatas juncturas, ex efficacia in illis operante, pro uniuscujusque
 mensura, incrementum systemati conveniens, ad augendam ipsius ad-
 ficationem in charitate, accipiat. Eph. IV. 15. 16. cf. Tit. II. 14.
 I. Theff. IV. 1. sq. Regenitus igitur quamdiu in intima cum Chri-
 sto communionem vivit, & Christus per fidem in ipso habitat; quo-
 tidie cum Christo moritur ac reviviscit, moritur peccato & vivit Deo
 per Dominum suum Jesum Christum, nec regnare sinit peccatum in
 mortali suo corpore, ad obediendum illi in hujus concupiscentiis. Rom.
 VI. 11. 12. Quia enim Christus in illo est, corpus quidem mortuum
 est, ob peccatum, Spiritus vero vivit propter justitiam (imputatam &
 inchoatam) Rom. VIII. 10. In infirmitate enim illius virtus Jesu
 Christi perficitur 2. Cor. XII. 9. Ubi vero hæc deficit communio Jesu
 Christi, omnis deficit Renovatio, omnes enim humanæ vires sine Chri-
 sto, nec ad unum opus bonum producendum sufficiunt. Quamquam
 enim civilia opera, hoc est, externa opera legis, sine Christo & sine
 Spiritu Sancto aliqua ex parte fieri possunt, illa tamen, quæ sunt proprie
 legis divinæ, hoc est affectus cordis erga Deum, qui præcipiuntur in
 prima tabula, non possunt fieri sine Spiritu Sancto Libb. Symbb. p. 84.
 Nec unquam feliciter Renovatio procedit, ubi vel circa faciendam,
 vel circa ipsam imitationem Christi tantum præceptive versaberis.
 Fides enim longe alia doctrina est, quam sunt decem præcepta. Nam
 hæc docent quidem, quid faciendum sit: illa vero indicat, quæ hæc Deus
 nobis fecerit & præstiterit. Decem præcepta alioqui etiam omnium
 hominum cordibus inscripta sunt: cæterum fides, nulli humanæ sapien-
 tiæ est comprehensibilis, sed a solo Spiritu S. tradenda & docenda est.
 Eam ob rem, præceptorum doctrina, nondum ullum Christianum facit.
 Semper enim Dei ira atque indignatio nobis incumbit, quamdiu ser-
 vare nequimus quod Deus præceptis suis a nobis exigit. Hæc vero,
 nempe fidei doctrina, meram gratiam secum apporvat, & hæc justos,
 Deoque nos acceptos facit. Per hujus doctrinæ cognitionem, amorem
 ac voluptatem Dei præceptorum faciendorum consequimur, videntes
 hic, quomodo Deus prorsus se nobis tradiderit, cum omnibus, quæ
 possidet, ut præsentis ope & auxilio in perficiendis præceptis nos suble-
 vet, Pater quidem omnibus suis creaturis, Christus vero omnibus suis
 operibus, porro autem Spiritus S. omnibus dotibus. Libb. Symbb. p.
 503. f. Si vero tota nostra Theologia moralis, totumque Renova-
 tionis studium, JESUM CHRISTUM ut viam, veritatem ac vitam,

xum recipiet. 2. Cor. III. 18. IV. 6. *ex recepta hac luce, lucem in rebus omnibus habebit*, Pf. XXXVI. 10. & cognitione hac implebitur *in omnem plenitudinem Dei*. Eph. III. 19 Claudio verbis *Aug. Conf. ex art. de Fide & Bon. Opp. Tota hæc doctrina ad illud certamen perterrefactæ conscientie referenda est, nec sine illo certamine intelligi potest. Quare male judicant de ea re, homines imperiti & prophani, qui Christianam justitiam nihil esse somniant, nisi civilem & Philosophicam justitiam.* Libb. Symbb. p. 17.

§. XXIII.

Claudat materiam nostram, articulus, magno certamine contra Romanam Ecclesiam disceptatus, de ECCLESIA. *Fundamentum Ecclesiæ JESUM CHRISTUM esse, sacra Scriptura docet, Jef. XXVIII. 16. Pf. CXVIII. 22 Matth. XVI. 18. XXI. 42. Marc. XII. 10. Luc. XX. 17. Act. IV. 11. 12. Rom. IX. 33. X. 33. X. 12. Eph. II. 20. 21. 1. Pet. II. 6. 7. & Libb. Symbb. confirmant p. 148. 618. 799 f. & quia ex hoc Fundamento, & in hoc Fundamento, omnia Ecclesiæ strictè sic dictæ membra, in unam domum, aut unum corpus ædificantur; Eph. II. 21. 22. coll. v. 15. 16. 18. Christus dicitur Ecclesiæ caput 1. Cor. XI. 3. Eph. I. 22. IV. 15. V. 23. Col. I. 18. II. 19. 20. & Ecclesia, ejusdemque membra, nominantur *Corpus Christi*, Rom. XII. 5. 1. Cor. XII. 27. Eph. I. 22. II. 22. *quod ille suo Spiritu renovat, sanctificat ac gubernat.* Libb. Symbb. pag. 145. 146. 150. *Regnum Christi*, Rom. XIV. 17. 18. Eph. V. 5. Col. I. 13. Libb. Symbb. p. 147 f. Ex hoc igitur *Fundamento*, tota Ecclesiæ structura, ex hoc Capite, totum Corpus, ex hoc Rege, Regimen illius Ecclesiasticum dijudicandum erit. Somniat de Ecclesia sua mendacia, Ecclesia Romana, quia Christum negligit, nec ex hoc Capite de hoc corpore judicat. Fingit sibi Ecclesiam, quæ sit *monarchia externa, suprema totius orbis terrarum, in qua oporteat Romanum Pontificem habere potestatem ἀνωτέρας, de qua nemini liceat disputare aut judicare, condendi articulos fidei, abolendi scripturas, quas velit, dispensandi & solvendi quibuscunque legibus velit, divinis, canonicis, & civilibus, a quo Imperator, & Reges omnes accipiant potestatem & jus tenendi regna, de mandato Christi cui cum Pater omnia subjecerit, intelligi oporteat hoc jus in Papam translatum esse. Quare necesse sit Papam esse Dominum omnium regnorum mundi, omnium rerum privatarum & publicarum, habere plenitudinem potestatis in temporalibus & spiritualibus, habere utrumque gladium, spirituali* Libb. Symbb. p. 149. cf. p. 220. *Quia veram JESU**

CHRISTI *humilitatem* Marc. IX. 35. negligit, nec spirituale ejusdem Regimen intelligit. Luc XXII. 25. Joh XVIII. 36. Omnes illos Ecclesia Romana & quidem solos, pro veris Ecclesiae membris habendos censet, qui modo in professione externa verae fidei, Sacramentorum communione & subjectione ad Pontificem Romanum conveniunt, si vel maxime infideles & sceleratissimi sint. vid Bellarum Lib. III. de Eccl. C II. & VII. cf Libb. Symb. p. 144. sqq. Nec aliter judicare potest, siquidem internam JESU CHRISTI vitam & Divinitatis plenitudinem, qua & Ecclesiam implet Eph. I. 22. justitiam item, pacem, ac gaudium in Spiritu S. bonaque caelestia ac spiritualia, quae in Jesu Christo Ecclesia possidet, ignorat, & Judaeorum more Luc. III. 8. externis tantum ritibus, imo ipsis humanis traditionibus omnem cultum Divinum absolvi existimat. Pluribus fontem tot in hoc articulo errorum Pontificiorum, ignorantiam scilicet Jesu Christi, detegunt Confessores nostri, in toto Artic. de Ecclesia in Apol. A. C. p. 144. sqq. Verum nec omnes in Lutherana Ecclesia, ab hac Ecclesia Romana haeresi absolvendos esse, cordate fatetur B. Jo. Henr. Majus in Dissert. de Haeresi Pract. Sect. II. Loc. XI. p. 86. Cum enim Vir Doctus §. 1. ex indole capitis Ecclesiae, scilicet JESU CHRISTI evicerit, corpus Christi Ecclesiasticum non alia ferre membra, quam ἡγιασμένα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ secundum I. Cor. I. 2. VI. 11. &c Paragrapho 2do, eos refellit, qui in Orthodoxa Ecclesia nati sibi propterea salutem aeternam promittunt, quia purissimo inter Sectas caeteri se additos profitentur, verbum Dei pure praedicatum, auribus externis percipiunt, Sacramentis secundam institutionem Christi administratis, fruuntur, & quocumque etiam carnali in statu vivant, Ecclesia tamen, cujus caput Christus est, filios se esse credunt. I. c. cf. Chemnit. Loc. de Eccl. Cap. III. P. III. p. 117. Merito dixerim, hos neque Christum, neque regnum Christi intelligere, & Christum cum Anti-Christo, regnum Christi cum regno Diaboli impie confundere, ut Pontificiis similia objiciunt Confessores Apoc. A. C. p. 147. JESUS CHRISTUS sanctissimum Caput, sanctissimum sibi, sanguine suo, corpus acquisivit, sanctissimam sponsam desponsavit ἡγάπησεν τὴν ἐκκλησίαν, ἣ ἐαυτὸν παρέθηκεν ὑπὲρ αὐτῆς. ἵνα αὐτὴν ἀγιάσῃ, καθάριστος τῷ ὕδατι τῷ ὄδατι ἐν ῥήματι. ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἑνδοξόν, τὴν ἐκκλησίαν μὴ ἔχουσαν σπίλον, ἢ ῥυτίδα ἢ τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἵνα ἢ ἀγία ἢ ἀμωμῆ. Eph. V. 25-27. Ex quo loco Apol. Aug. Conf. colligit: Ecclesiam tantum sanctorum esse congregationem, qui habent inter se

societatem ejusdem Evangelii & ejusdem Spiritus S. qui corda eorum renovat, sanctificat atque gubernat. p. 145. Quia igitur JESU CHRISTI Capitis sanctissimi conditio, non nisi vere Regenitos, Sanctos, Pios in Ecclesiæ consortium admittit, ipse vero Salvator per Spiritum suum omnes fideles in unam eandemque veritatem ducit, Joh. XVI. 13. *Una tantum est vera Ecclesia, quæ ab uno Capite pendet, eodem sensu atque sententia, eadem fide, eodem DEum colendi modo prædita est; omnes vero irrogeniti, impii, DEum non per Christum RITE adorantes, innumeris litibus ac Sectis disjuncti, titulorenu Christiani reipsa toti infrugiferi, ut Mart. Chemnitzius eos vocat, Loc. de Eccl. p. 118. b. extra Ecclesiam, extra Christum, extra DEum vivunt. In quibus enim nihil agit Christus, illi nec ejus membra sunt.* Libb. Symbb. p. 145-149. Et proinde valde parvus, veræ Ecclesiæ numerus, & in omni coetu potior malorum pars est. Matth. VII. 14. 21. Luc. XII. 32. cf. Matth. IX. 36. XIV. 14. Egregia est Lutheri Commentatio in verba Art. Tertii: *Creo Ecclesiam Catholicam, communionem sanctorum.* Das ist die Meynung und Summa von diesem Zusatz/ ich gläube/ daß da sey ein heiliges Häufflein und Gemeine auf Erden/ eitelr Zeiligen/ unter einem Haupte Christo/ durch den Heil. Geist zusammen beruffen/ in einem Glauben/ Sinne und Verstand/ mit mancherley Gaben/ doch einträchtig in der Liebe/ ohne Kotten und Spaltung. Derselben bin ich anch ein Stück und Glied/ aller Gütter/ so sie hat/ theilhaftig und Wittgenosse/ durch den Heiligen Geist dahin gebracht und eingeleibet &c. Catech. Maj Germ. Art. III. p. 206. a. Vere igitur Ecclesia cærus est, licet minimus, qui æque ut Caput ejusdem, ab oculis mundi absconditus, *invisibilis* est, quoad internam communionem honorum cum JESU CHRISTO; Col III. 1-4. 1. Joh. III. 1. 2. *Visibilis* tamen etiam est, quoad externam Salvatoris sui professionem Matth. X. 32. Luc. XII. 8 præprimis vero, virtutis JESU CHRISTI, eos inhabitantis, apertam demonstrationem. Quia enim ex Christo Capite, continuus virtutis divinæ in membra influxus est, nemo membrorum JESU CHRISTI in honorem veteris Adami intonare potest: Infirmi ac miserissimi homines; *Nullus enim, novi federis incola, dicere potest: infirmus sum, populus enim ille habet remissionem iniquitatis.* Jes. XXXIII. 24. XL. 26-31. XLII. 17. Aurea sunt illa Lutheri: *Wenn Gott in dem Menschen wohnen will/ so gehet es also zu: Daß Odt über die Gnade/ so der Mensch anfähet zu gläuben/ und sich an das Wort hält/ auch*

und Weisheit zu erkennen/ richten und urtheilen/ von allerley Lehre und Sachen: Darnach auch im Leben und guten Fruchten täglich zunimmt und fortfähret/ und wird ein gütziger/ sauffmüthiger/ geduldiger Mensch/ jedermann dienet/ mit Leben/ rathen/ trösten und geben/ GOTT und den Menschen nütze/ durch welchen/ und umb deswillen Laad und Leuten geholfen wird. Und Summa ein solcher Mann/ durch welchen GOTT beydes redet/ lebet und wücket/ was er redet/ lebet und thut; seine Zunge ist GOTTES Zunge/ seine Hand ist GOTTES Hand/ und sein Wort ist nicht mehr Menschen/ sondern GOTTES Wort. Denn seine Lehre und Bekänntniß (so er als ein Christ thut) ist nicht Menschen Verstand und Weisheit/ sondern Ch. ist. Postill Eccles. Fest. Pentec. p. m. 117. f. Caput Ecclesiae JESUS CHRISTUS, nihil in mundo, sed tantum *cal. sicut* quarebat. pauperrimus proinde factus, nec ubi requiesceret, saxe habebat. Matth. VIII. 20. 2. Cor. VIII. 9. Tamen in mundo, a mundo dira patiebatur, impietatis, blasphemiae, scelerum, haereseos accusabatur, morte multabatur. Joh. VII. 12. VIII. 48. 52. IX. 16. 22. X. 33. Matth. XXVI. 65. Luc. XIII. 2. Matth. XXVI. XXVII. Omnia tamen incredibili patientia ferens, nunquam reclamabat, mala nec retribuebat, in omnibus tamen victor evasit. Ef. LIII. 7. coll. cum v. 10-12. Matth. XXVI. 63. Act. VIII. 32. Ex hoc capite, quale Ecclesia corpus sit, collige, videbis mentes superbas, spiritus elatos, mundi cupiditatibus ac vanitatibus captos, huc non pertinere. Uti enim Caput, ita & membra illius, nihil in mundo possident, nihil quarunt praeter regnum spirituale capitis sui Matth. X. 37. XVIII. 1-4 XXIII. 9-11. Marc. X. 21. 29. 1. Cor. VII. 29-31. mundana igitur contemnentes a mundo rejiciuntur, exagitantur, haereseos macula notantur, quandoque vita privantur. Matth. X. 22. 35. 39. XVI. 24. 25. Marc. VIII. 34. Luc. IX. 23. XVII. 33. Act. XIV. 22. 2. Tim. III. 12. Quamvis vero haec omnia animo quieto ferunt & patiuntur, ex omnibus hisce tamen miseris, *virtute* JESU CHRISTI eluctantur, & *sicuti* Christus, qui antea afflictus erat, *nunc glorificatus est*; Sic illi, *cruce* quidem reguntur, *Spiritu* tamen JESU Christi vivificantur & glorificantur. Libb. Symbb. p. 147. Qua ubi in unum colligas, veram, internam Ecclesiae Christi faciem, depictam habebis, illam scilicet esse: COETUM PERSONARUM. SANCTORUM, MISERABILIIUM, SED ELUCTANTIUM. Faxit Dulcissimus Salvator, ut cunctus ille creseat & magnopere multiplicetur, & impleat ille omnia sua membra uberiori gratiae mensura.

00 A 6445

ULB Halle

002 937 573



3


5b.

12

1017

HL. 96.







DISSERTATIO INAUGURALIS THEOLOGICA,
JESUM CHRISTUM
TOTIUS THEOLOGICÆ
FUNDAMENTUM,

EXHIBENS
CUJUS PART. I.
EX DECRETO VENERANDÆ FACULTATIS
THEOLOGICÆ,
SUB PRÆSIDIO
VIRI SUMME REVERENDI, EXCELLENTISSIMI
ATQUE AMPLISSIMI,

DN. HENRICI LYSII,
SS. THEOL. DOCT. ET PROF. PRIMAR., FACULTATIS
SUÆ SEN., ET p. t. DECANI, SAMB. CONSILIARII,
ECCLES. LÖEBN. PASTORIS, ET COLLEG. FRIDER.
DIRECTORIS,
PRO RITE IMPETRANDIS
SUMMIS IN THEOLOGIA LABORIBUS,
ANNO 1725. DIE XX. JULII HORIS ANTE ET POMERID.
DEFENDET

M. GEORG. FRIDR. ROGALL,
SS. THEOL. PROF. EXTRAORD. ET PHILOS. ORD. DESIGN.

REGIOMONTI, LITTERIS REUSNERIANIS.